# PETRI PONTA

ni Cæci Brugẽſis Liber figurarum: tam oratori=
bus q̃ poetis vel grammaticis neceſſariarũ
duo ſuccincte complectens capita:
cũ preconio Deſpauterianæ
linguæ.



Veneunt in vico Iacobęo ſub ſigno diui Martini.



## Petrus Pōtanus Cæcus Brugēſis Ioanni Deſpau- terio Niniuite ortodoxorū maſtigi catholico. S.P.D.

# EHODOM

probe Deſpauteri (rerū ſtator ignoſcat ſi men
tior) euge euge ad te venio exploraturus in-
ſanis necne, qui neq3 memoria accepię quon
dam venię/ neq3 amicitia honeſtatis patrię vi
roſam linguam a viperea obtrectatione com
peſcere poſſis. Non enim te preterire arbitror
(niſi vetere cacabo ſis obtuſior) ꝙ benigne/ ꝙ
humane/ ꝙ miſeranter/quondam tecum ege
rim: quoniā vbi me de mala ꝓductione in vo
cabulo choragus/ ſtulte/ temere/atq3 indo-
cte carpſiſſes: quia tamen honeſtā palinodiā
in principio tui libri de verbis defectiuis can
taueras: familiari quadam & amica redargutione in te vſus ſum: noto ſiqui-
dem nomine tuam amentiam taxare nolui: mecum pie reputans inconſultam
iuuenilis animi leuitatem: itaq3 non tam tibi aut naturę tuę ꝙ petulanti ſem
per iuuente totum illud aſcribebam flagitij: Secus etenī iam plus milies for-
te licābea perijſſes. Chirogrileis nāq3 vnguibus armatas man⁹ vbi vbi opus
eſt exhibeo: proīde quum tibi vna cum etate procacis animi ſtultitia ſemper
accreſcat: vt quo ſenior eo imprudentior eſſe videaris. iam venie locus omnis
occluditur: quandoquidē in tuis ſuper torrentinum gloſſeumaculis: meā tra
ditionem tam auide/tam falſe/ atq3 iniuſte laceras/ vt a nullo ſani cordis ho-
mine capitali quodam odio flagrans id feciſſe non cōproberis: ingeniū3 certe
quo exan las plurima laudo. At viroſam qua doctiſſimum queq3 circūro-
dis linguam quinam laudet neſcio: Eum ne omni debere vitio carere noſti,
qui in alterū procaciter dicere paratus ſit: ſed ꝙtu3 coniectura ducor tuo dū-
taxat cerebroſo capiti accredendū ſtolide iuraſti/ quod ex tuis ipſius ſigculas
gerras plane fedolentibus iactantijs/phebo clarius enoteſcere poteſt. Falſo
etenim te gloriaris (tanta eſt excordia) lectitaſſe ac medio ſincipiti perſpicuū
congeſſiſſe quicquid vatum/chronographorum, oratorum & id genus ſapie
tum hominum ſub celo vbiq3 terrarū continetur. Miror edepol quid te ſuper
omneis celos fuiſſe raptum/ & vltra diuinam maieſtatem extuliſſe ingeniū/
mentiri inhibuerit. Si enim veritati conſentanea forent que blacteras: nunꝙ
me hercule tuam inuidia flagrantis amentiam ſub oculos obtutuiq3 homi-
num/ ta3 impudenter euolare ſiuiſſes/ vtpote cui ſempiterno dedecori nuſꝗ ꝓ
bos inter homines nequeat aſcribi: ꝙ plurimos ſiquidem exquiſitiſſime litera
ture viros/ theonina fauce ringis: quorum podicibus (lectori ſit honor) cucu

los exhibere non dignus deputaris:Hoc hoc plus æquo excādeſcere nobis ab=
ſit. Ingeniu3 certe quo exanclas plurima laudo: ſed cauinos rictus tuos qui=
bus nihil preter tricas apinaſq3 tuas illeſum relinquis libet obſectari. Vnde
enim tibi queſo tantus obtrectandi ardor inceſſit:vt nemine3 laudi/vitio au=
tem nequiter appingas omnes. Verulanu3 ſæpe mordes Nebriſſenſem ſepius
lanias Mancinellu3 ſæpiſſime diſtrahi s. In Priſciano/Valla/Seruio.& alijs do
ctiſſimis viris genuinum aſſidue rumpis Baptiſte Mātuano/Sedulio/Prudē
tio/reliquiſq3 voluptatum & laſciuiarum exploſoribus, teonem ore venenato
eructas:& vt vno verbo dica3 Solos libidinum idolorūq3 fautores/amas/co
lis/admiraris Martialem/Catulum/Tibullum/& id genus ſordentiſſimos ne
bulones procul ab omni chriſtiana religione arcendos atq3 eternis tradendos
Incendijs/laudas/approbas/ & vt celi numina veneraris. Plus iuſto forſitan
ſuccenſere videbor:ſed facilem mihi veniam datum iri non ambigo ſi rem ip=
ſam de qua mihi agitur ſtudioſi lectores accuratius penſiculabunt. Quis enī
veritatis decus ac iura diligat:& tam egregios honeſtatis cultores/ falſe/iniu
ſte/malitioſe/damnatos( idq3 ab nauci homōtione ) non doleat/ nō triſtetur/
non deniq3 ad ardentem vſq3 bilem excandeſcat. Rabido cani nō niſi iuſta te=
la parantur:voraciq3 lupo mors equa ſemper infligitur. Sed quo limitis im=
memori ſtilo rapior pugillare nimirū paulisper reuocandum eſt fateor. Inge=
nium certe quo exanclas plurima laudo. At vero in tuam vipeream faucem
nequeo non inuehi. Quum enim a tergo & pectore erroribus ſcaturias pluri=
mis/eos non deſiſtis criminari qui te multo ſagatius fideliuſq3 loquunt̄. Noſ
ſe profecto deberes omni ex parte nihil eſſe beatum/ tuaq3 ... ſi acutis il=
limarentur oculis merito poſſe taxari/ pluribus etiam in lo... ꝙ radios vnq̄
ſol ipſe diffuderit. Illa mediuſfidius oportune hic pateficerēt. ſed neq3 muſcas
leo/neq3 vermes elephantus captat. Te tamen iterū atq3 iterum admonitum
velim: vt exorbitantes ſenſus adamuſſim perpendiculumq3 dirigas eorum
qui noſtro hoc tempore plurima & doctrine & ingenij gloria florent. Quos
etiam(vt obiter de multis obl... )commentariorum ſtudioſa indagatione
preter plurimos/Badius noſter flandrorum non mediocre lumen triumphat.
Vtriuſq3 iuris ſubtili acrimonia bibaucius/ Alterum patrie iubar irradiat Sa
crarum literarum erudita explanatione Clodoueus neoportuenſis/ Tertium
ore flandrenſis illuminatorium ad calcem a fronte coruſcat. Diſciplinas
rum tam ineſtimali energia Iacobus faber/deſiderius Eraſmus Ioannes Ri=
culinus vſq3 ꝙq3 refulgent: [redacted].Horum in albo/tu hercle poſſes exarrari/ſi nō luride tue ligue virus ob=
ſiſteret. Perpende enim obſecro quis eorum fratrem ſuum adhuc viuentem/
tam/ procaciter tam iuidioſe. immo vero tam beliatice expreſſo nomine & co
gnomine vnq̄ dilacerauit: uti me & doctiſſimum quemq3 tuo ſolius fretus
cerebro cunctis fere in operibus tuis (ſi modo opera potius ꝙ nuge dici de=
beant)facere videris. Ingenium certe quo exanclas plurima laudo. Sed 3oy=
lea labra quibus quemq3 notas inſontem vitupero/alijſq3 fidei chriſtiane cul

toribus vituperanda propono. Dum enim vniuerſos catholica religiõe initia
tos tanꝙ opicos tanꝙ barbaros Euãdri m̃ris alumnos arguis/ incuſas/ & mẽ
daciter errorum condemnas: quid obſecro aliud facis niſi vt exploſis omnium
chriſtigenarum ſcriptis ex omni ludo / diatribe / liceo & foro ſola ethnico=
rum Idololatriam vbiqꝫ redolentium ſeuia/ legãtur/ explicentur/ & in ſcholis
omnibus ſuper omnia ſemper expctantur. Quod tu profecto ſtigij calumnia
toris nequitiam eſſe deputabis: ſi ad veram reſipiſcere mentem (vti cęlicolæ fa
xint queſo) vnꝙ poteris. veretur enim hoſtis ille animarum ne ſacris & eccle=
ſiaſticos mores retexentibus documẽtis imbuti iuuenes vere religioni (quæ
Chriſtum ſapiat) aſſueſcãt. Atqꝫ ideo ſuos quos inſtituit famulos obſtiga=
re non ceſſat vt apud eos qui latine fari cupiunt (cupiunt autem omnes) diui=
nam redolentes diſciplinam libros ſuis obtrectationibus: erratorum ꝙ pluri
morum perperam inſimulent. Authores vero idololatria ſpurcitia & omni vo
luptate demonia confertos/ laudent/ magnificent/ & quaſi diuinum numen a=
dorent: hinc ſacrarum literarum aſpernatio: hinc ortodoxe fidei imminutio/
hinc deniqꝫ ſacrarum virtutum omnium diſſuetudo contemptioqꝫ in animis
iuuenum enaſcitur/ dum flocciſiũt diuini verbi documenta: dum Sidonius/
Prudentius / Sedulius/ Baptiſta/ atqꝫ alij religionis Chriſtiane precones do=
ctiſſimi eridẽtur. Dũ Martialis/ Catulꝰ/ Iuuenalis/ Tibullus alijqꝫ amici tui
turpitudinũ propinatores mirifice laudant. Nolo autẽ quiſꝙ arbitret ea me
loqui vt de te mea ſolius cauſa quicꝙ vlciſcar. meo etenim iure relicto / alio=
rum tua cauillatione penitus indignorum (vtpote qui literatiſſimi ſunt) ora=
torem gero. De publicis nempe periculis quæ in omnium caput dira minitan
tur iuſtorum nulli tacendum eſt. Ingenium certe quo exanclas plurima lau=
do. At mordax tam aſpidio ringore palatum nemo non odit/ non damnat/
non execratur: neqꝫ iiuria quidem meo iudicio/ nam & ſi tibi ſcorpionis e cau
da veneni tantum natura propinauit vt ſine aliorum obtrectatione vitalibus
auris tranquillo veſci nequeas. Publica via incedere nemo vetatur/ fantaſma=
ta tua (& ſi anilia fuerint) exuflare: omnium peritorum dogmatis aduerſan
tes effutire neuias: & nouum Deſpauteriane fornacis fabricare latinum im=
pune liceret/ modo tua ſolius indomita ceruice fretus: aliorum etiam te mul
to argutiorum phamam/ omni (quẽcunqꝫ noris) expreſſo titulo mendaciter:
non gauderes depeculari. In omni diſciplina diſpares vndiqꝫ ſententię verſan=
tur: neqꝫ vero ob id improbande ſunt / alijs nanqꝫ alia/ iure optimo interdum
meliora videntur/ neqꝫ adeo ab vſu literatorum abhorret rem eandem diſper=
titos in ſenſus vere atqꝫ decenter poſſe [illegible] Sed proh pudor tanta pleriſqꝫ
veſania inferbuit: vt quicquid eorum cerebris (& ſi grauiter deſipiant) nõ ob=
temperat. Falſum/ iniuſtum/ nepharium/ proclamare auſint: quorum profe=
cto luciferi ſors eſt/ dum enim ſeſe vana garrulitate ſuper omnes extollere co
nantur/ infra cuiuſcunqꝫ conditionis vniuerſos homines precipitantur. Verũ
vt hæc miſſa faciam quonampacto (pape deus) tecum ageretur/ ſi integros
apud iudices ęquiſſima illa mulcta continuaretur/ quę in caput illorum iuſtiſ
ſime quondam lata eſt/ qui diffamatorium in alios quicꝙ ederent. Tu medius

ſtdius iam plus mileno ſune penderes. Quod dij ne ſinãt obſecro Graui tamẽ ſtomacho non affici non poſſum: vbi per te ſtudioſis adoleſcentibus ad ſcelera viam referari & ad virtutes omnem occludi ſemitam conſidero. Paucis ante diebus quum tuam in aduerſarium recriminationem ęquo animo meditarer/omni ſuſpitione abiecta/iuſtũ/pium/& integrę fidei hominem te exiſtimaui vſq; adeo vt tuum in hoſtem iam iam tela pararem. At vero, vbi defluẽs e tua lingua iuge toxicum animaduerto/quas in illum tetenderam mutato arcu in te ſagittas retorqueo Chrocodileis nanq; lachrymis leneiſq; vaframẽtis non venia: ſed acris machera paranda eſt. Ingenium certe quo exanclas plurima laudo. Verum ſerpentina mendaci ex ore tua ſibila capitalibus odijs vſq;quaq; proſequor. Licet enim magis grandi prolixorum codicum pondere ꝙ honeſta ſententiarum veritate gaudeas/execrandam tamen inſontium obtrectationem: equius mitigare & pãniculum vnum atq; alterum tuis nugis aliunde aſſuere cõmodius poſſes. Eo nanq; pacto & libri tui in immẽſum creſcerent ambaginum (vti affectas) & ab infami detrectatoris immo vero depeculatoris nomine/ liber vitam ageres / tuumq; poſt obitum quiete tranquilliori nugę tuę fruerentur. Miror Hercule quum ruralem tam ſapiẽter degas vitã. quid obſtitiſſe potuerit/quin tuos ingenti magnitudine libellulos: alia re ꝙ peritorum diffamationibus authorum ſuffarcire valueris. Auium cõcentus multiplices. Arborum fructus varios. Agrorum cultus impares/ tanꝙ tuos vngues cognoſcis. Ouium balatus: ſuum grũnitus: iumentorum hinnitus quotidie inceſſanter audis. Gallorum cantus/ gallinarum gracillatus: & Canum latratus aſſidue in aure habes. Inter nentes ante focum vetulas ſepicule reſidens narratu iucundas fabellas inbibis haud ambigo. Agreſtium balatronũq; balatricumq; choreas ituer [illegible]plenis auribus ruſticana incumulas dicteria & cum vrbar[illegible] ſalibus pugnantia ſcommata pectoris ſcrinio recondis (pauca equidem dico ne quis dicenda requirat.) Ex quibus omnibus ingens librorum copia ſine cuiuſꝙ iniuria experto tibi poteſt conflari. Speculare igitur mi Deſpauteri ꝙ iniuſte citra neceſſitatem eorum: quibus inuides nominibus volumina tua refertienda aſſidue curas/ quum tibi vltro ſeſe immenſa rerum materies offerat: triuialibus nugis inſerendam: vtpote quam te ipſo rectius intus & in cute noris. Altam ſepem tranſilire: vbi apertus callis habetur temerarium eſt. Ingenium certe quo exanclas plurima laudo. Sed petulantem linguam ęquo animo ferre non poſſũ. Si enim vanę laudis tam cupidus affectator: alieni honoris tam iniquus emulator viuis: vt vilipenſis reiectiſq; omnibus etiam literatiſſimis viris ſolus inter omnes laudari: magnificari: glorificari: ardenter cupias. Meo crede (bonum ſiquidẽ ſanctumq; eſt) conſilio. Fidum preconem qui pluſꝙ ſtentoreo clamore valeat tibi compara. Vt in quatuor mundi angulos profectus/praeconia tua clangente tuba hominum auribus inſufflet/inclamet/intonet. Hoc enim pacto vbicunq; terrarum ſolus poteris exaltari/ꝙ ſi forte publicandum tuę dignitatis elogium ſatis per te neſcis comminiſci id quadrabit opinor. Auſcultate omnes iubeo iuueneſq; ſeneſq;: Eſt Deſpauterius latialis gloria linguę. Ipſo etenim dempto: cuncti hoc in famine ſordent. Qui ſecus indicet quatietur verbera

linguæ. Sed iam tandem miſſo hipodromo receptui: amice canendũ eſt. Naꝫ vt tecum paulo ſerius agam⁹ (ita me cælicolæ adiuuent) inuitus feci vt linguã tuam hac taxarem apologia. Si enim venie tibi ſemel date non ingratus fuiſſes/ neqꝫ me tam iniuſte/ tam mendaciter & inuidioſe: nomine atqꝫ cognomine expreſſis vituperaſſes: ipſe ecaſtor plus milies emori/ ꝙ hęc in te figere ſpicula maluiſſem. Te autem profecto vel ſolus amor patrie (quę tibi & mihi cõmunis eſt) inhibere debuit. Ne decus & ius patrium tam turpiter violando meam phamam iniuſte criminareris. Tecum certe immortalem contrahere ferireqꝫ amicitiam animo meditabar: quum mihi obtrectatoria tua in torrentinum gloſſeumacula ab quodam amicorum meorum allata ſunt. Id tamen idem nonnunꝙ fore adhuc ſpero: ſi honeſtam (vt quondam feciſti) ſucciñueris palirodiam. Vale/ & me vt amicũ monitoreꝫ ama. Parrihiſijs quarto Kalendas Apriles.

In te Ieſu ſpes mea recumbit.

## Operis prelibatio.

Nequid inexpreſſũ nr̃a ſtudioſus opella.
Tyro palemonię quodã deſideret artis.
Quas orator h₃ paucis narrabo figuras.
Dehinc quaſdã ſpẽs vitiorũ quę tñ ipſi.
Perpulchre vſurpant vates referare ſtudebo.

¶ Ne forte noſtra grãmaticalis traditio quibuſdã iperfecta eſſe videaẽ ad imitationẽ doctiſſimorũ virorum nonnihil hoc in calce de Figuris apud elegantiſſimos: & oratores: & poetas: iſpicule frequentatis dicendum cenſui. Eſt autem figura ab recto tramite exorbitans: & aliũde accõmodat⁹ ſermo. Sed qui literatorũ authoritate virorũ facile excuſetur/maximeq₃ oratoribus: & poetis plærũq₃ neceſſaria ſit. Itaq₃ opuſculũ duas in parteis fecerimẽ. Prior ſiquidem figuras oratoribus etiam diſertiſſimis vbiq₃ frequentatas breuiter enucleat. Poſterior vero vel ſolis poetis vel protius literatorum nullis cõuenientes (quæ ob id vitia vocantur) ſuccincte manifeſtat.

## Operis diuiſio.

Schema tropus metaplaſmus & hinc poliotheſis ipſa.
Parte priore liquent ſed poſteriore patenter.
Barbarus obſcurus male textus ſermo notatur.

¶ Preſens inſtitutio capita duo h₃. Prius quatuor formulas cõplectiẽ quarũ. Prima eſt de ſchemate. Scd̃a de tropo. Tertia de metaplaſmo. Quarta de poliotheſi. Poſteri⁹ vero tres formulas cõtinet quarũ. Prima eſt de ſermone barbaro. Scd̃a de obſcuro. Et tertia de male ordinato/quę omnia luce clarius explanata videbis modo nobis dulciſſimus aſpiret Ieſus.

## Prioris capitis formula prima.

## De Schemate & eius. xxiiij. ſpẽbus.

Schema immutando ſenſus aut verba periti.
Orator vateſq₃ ſuis in floribus explent

¶ Schema ſchematis græca dictio latinę cultus: forma vel ornat⁹ explicatur & fit quoties ex vulgato cõſuetoq₃ loquendi mõ aliquid orator vel poeta venuſtatis gr̃a immutat. Perſi⁹ ſaty. iiij. Cedimus inq₃ vicẽ prebemus crura ſagittis. Terenti⁹ in Andria ſine cerere & baccho friget venus. Eius autẽ pulcherrime figure. xxiiij. ſunt ſpecies principaliores & ex quibus aliæ ꝑ plurimæ dr̃ intelligi velut ordo ſubiectus te edocere poterit.

## Schematis ſpecies Prima. Dianœa.

Inuerſum dianœa tenet lætiſſima ſenſum.

¶ Dianęa græca dictio latine ſenſus vel ſententia interpretatur, Eſt enim ora
torię vel poeticę ſententię mutatio ab ea quæ ſimplex/vulgaris: & quaſi in pro
ptu poſita verſatur. Lactantius. ij. inſtitutionū. Acerbam momordiſti vuam/
detes tibi obſtupeſcat equum eſt: loco huius Peccatum feciſti: vt puniaris iu
ſtum eſt. Perſius. ſaty. j. Nec pluteum cedit nec demerſos ſapit vngues. Loco
huius. Nec meditatur nec cogitat quid agere debeat quamobre ʒ & in hac &
in ea quæ proxime ſequitur venuſtatis figura adagiorum cognitio: & prouer
biorum vſui maximo eſſe poteſt.

## Schematis ſpecies ſecunda: Lexis.

Lexis amœna ſonans pro verbis verba reponit.

¶ Lexis huius, lexeos gręca vox latinę dictio/verbū/ aut vocabulum expla
natur. Eſt enim tritę vulgatęqʒ dictionis in alteram tranſlatitiā vel minus co
gnitam mutatio: vt Coruus pro fure vel libidinoſo: columba ꝓ ſimplice & ca
ſto. Achilles pro forti & ſtrenuo. Terſites pro ſegni & pigro. Iuuenalis ſat. iij.
Dat veniam coruis vexat cenſura columbas. Lucreti⁹ lib. iij. Flaxidus armi-
ſonum terſites damnat Achillem. Itaqʒ ſicut figura precedens ad oratores ſic
& preſens ad grammaticos magis attinet: vna tamen in altera facile cōſpicit̄.

## Schematis ſpecies tertia: Prolepſis.

Res voce ſue notat q̄ fiant ante Prolepſis.

¶ Prolepſis græcum nomen latinę anticipatio vel pręacceptio dicitur. Eſt eni
vel rerū vel vocum honeſta preſumptio/ reruʒ quidem vbi res aliqua exprimi
tur multo ante ꝙ fiat vt ꝙuis neqʒ lauinū neqʒ velia eſſent priuſꝙ Aeneas in
Italiā veniſſet. Vergili⁹ tn̄ de Aenea in primo dixit. Italiā fato profugus laui-
naqʒ venit Littora &c. Palinurus etiā in ſexto dixit Aeneæ apud iferos. Aut
tu mihi terram. Inijce (nāqʒ potes) portuſqʒ require velinos. Vocū vero qn̄
aliquod totū exprimit ur quod poſtea per partes eſt diuidendum. Vergilius in
bucolicis. At nos hinc alij ſitientes ibimus aphros. Pars ſcythiam & rapi-
dum crete veniemus oaxem: vbi plena oratio eſt. nos ibimus partes vero ſunt
alij ſitiētes aphros pars ſcythiā & pars veniem⁹ rapidū oaxem crete. Sic etiā
Silli⁹ inquit lib. v. Interea reges ingenti mole latinus. Quadrijugo vehit̄ cur
ru. bigis it turnus in albis. Tū pr̄ Aeneas Romane ſtirpis origo. Et iuxta aſca
nius magne ſpes altera Romæ. Procedūt caſtris vbi plena ſentētia eſt. Interea
reges ꝓcedunt caſtris. Partes vero ſunt latinus ingenti mole vehit̄ quadriju
go curru & turnus it in bigis albis &c. Quę autē de hac & de ea quæ ſequitur
figura diximus in ſecunda ꝑte noſtre grammatices vel etiā in ſecunda noſtra
iſagoge hic repetere non fert animus ad magnū ſiquidem vulgo habentur.

## Schematis ſpecies quarta: zeugma.

Diuerſos vnum ſenſus dat zeugmate verbum.

Quod nunc principio aut medio nunc fine locatur.

¶ Zeugma huius zeugmatis vel zeugmatos vox greca latine additio vel adiunctio explicatur. Eſt enim variarum ſententiarum ad vnicum verbum connectio. Hieronymus ad Iouinianum ſuperbie humilitas/ auaritie liberalitas/ libidini caſtitas/ inuidie beneuolentia/ crapule ſobrietas/ ire manſuetudo / acidie diligentia ſedulitasq̧ aduerſatur. Fit autem hec pulcherrima eloquutionis figura tribus modis. Primo vbi verbum in fronte conſtituitur qui protozeugma (id eſt preannexio) nuncupatur. Cicero in anthonium. Vicit pudorem libido/ timorem audacia/ rationez amentia: vt oi ex parte impoſtui efficereris. Secundo vbi verbum in medio collocatur qui mezozeugma (id eſt medias annexio) vocatur. Vergilius in nono eneidos. Troiugena interpres diuum q numina phœbi. Qui tripodas clarij lauros: qui ſydera ſentis. Et volucrum liguas & prepetis omina pēne. Tertio vbi verbū in fine relinquitur qui hypozeugma (id eſt finalis adiunctio) nominatur. Cicero in catilinam. Neqz enim is es catilina: vt te aut pudor a turpitudine: aut metus a periculo: aut ratio a furore reuocarit. De grammaticali autem zeugmate quod fit quoties verbuz vel adiectiuum ad diuerſa retorquetur in noſtra iſagoge &.ij. grammatices parte ſatis ſuperqz dictum comperies. Id tamen hic addam exemplorū. Cicero ad herennium. Tu me & ego te per literas commodius edocebo. Vergilius in bucolicis. huc ades o melibœe caper tibi ſaluus & hedi.

Schematis ſpecies. v. Hypozeuxis.

Quando queq̧ ſuum diſtinguit clauſula verbum.

Fertur hypozeuxis cui pulchrum zeugma repugnat.

¶ Hypozeuxis vox greca latine ſuperadiunctio vel ſuprapoſitio interpretatur. Eſt enim ad ſingulas orationis clauſulas proprij verbi adhibitio. & ita iam dicto zeugmati figuratiue aduerſatur. Vergilius nono eneidos. Regem adit. & regi memorat nomēqz genuſqz. Quidue petat/ quidve ipſe ferat mezenti⁹ arma. Que ſibi conciliet/ violentaqz pectora turni. Edocet/ humanis que ſit fiducia rebus. Admonet/ immiſcetqz preces/ haud fit mora: Tarchon. Iungit opes fœduſqz ferit &c. Vides vt ſingulis clauſulis ſingula verba acommodantur qđ non parum habet & grauitatis & vehementie.

Schematis ſpecies. vj. Syllepſis.

Pro rerum numero numerus ſyllepſis habetur.

¶ Syllepſis. vocabulum grecum latine conceptio explanatur. Eſt enim vnius numeri rerum deſcriptarum pro altero numero elegans vſurpatio. Vergilius ſecundo eneidos hoſtis habet muros. id eſt hoſtes habēt. Idez in. vij. vos o calliope pcor aſpirate canenti. i. vos muſe & precipue calliope &c. Qui autem de

conceptione grammaticali(quę partium eſt & dictionum)quicq̄ ſcire deſiderabit noſtram Iſagogē vel grammatices partem ſecundam(ſi libebit)requiret, de ea ſiquidem illic affatim explicatum eſt.

### Schematis ſpecies. vij. Aſyntheton.

## Particulam qua res nectantur aſyntheton aufert.

¶ Aſyntheton græca vox latine ſine coniunctione reſoluitur. Eſt enim ſubauditarum in clauſulis coniunctionum venuſta detractio quæ p̄cipue in quatuor orationis partib⁹ nomine/verbo/aduerbio/& participio comperitur. Lactātius contra iudeos. Siccine impie Iuda tam crudelis/ferus/atrox/pernitioſus fuiſti vt innocentem magnum regem celorum eterni patris filium in mortē traderes q̄ te tā clemēter nutrierat/docuerat/i apoſtolū ſublimauerat. Verg. ij. æneí. Alij nauallb⁹ ite. Ferte citi ferrū/date tela/īpellite remos. Plau. i truculēto. ita ne ſegniter/ignaue/īpudēter factū oportuit. Cice. de natura deorū loquētem aduerſarios deterrentem/vincentem/confundantem virum ipſi vidimus. Itaq̃ venuſtatis hęc figura maxime locum habet vbi loquentium animus ira vel exultatione p̄cipitatur ad dicendum breuiter quod intendit/atq̃ ideo, nōnulli brachylogiam. id eſt abbreuiationem ſermonis nominant.

### Schematis ſpecies. viij. Polyſintheton.

## Coniungens repetatur idem polyſintheton optat.

¶ Polyſintheton dictio græca latine pluralitas coniunctionū explicatur. Eſt enim coniunctionis eiuſdem in oratione continuata repetitio. Vergilius in. vj. æneí. Liminaq̃ lauruſq̃ dei totuſq̃ moueri. Mons circum &c. Itaq̃ hęc figura aduerſatur p̄cedenti & potiſſimum in cōiunctionibus encleticis(vt ſunt/q̃/ve/ne.)reperitur. Vergilius in primo æneidos. Qui teneant(nā inculta videt) homines ne fere ne. Querere conſtituit &c. In alijs quoq̃ nonnunq̄. Quintilianus libro. ij. Hic & ſorores & fratres &(quod deteſtabilius)eſt vtrunq̃ parentem ſpoliauit ſpoliatoſq̃ tradere morti curauit.

### Schematis ſpecies. ix. Anadiploſis.

## Principium fini clauſus anadiploſis addit.

¶ Anadiploſis græcum vocabulum latine reiteratio vel reduplicatio expon'. Eſt enim finis vnius clauſule in principio alterius honeſta repetitio. Statius in ſyluis Iura dedit populo grandi ſub pondere magna. Magna quibus nulli potuerunt parere nepotes. Cicero primo de fato/pre ſe ferebant illi ſapientiam. Sapientiam quæ nulli vnq̄ mortalium conceſſa creditur.

### Schematis ſpecies. x. Anaphora.

## Clauſus principium repetitum vel quid operti.

Caute ſuppreſſum latijs ana dat phora linguis.

¶ Anaphora græca dictio latine relatio vel repetitio explanatur/ & ẽ duplex Vna quippe eſt eiuſdem vocabuli in principio diuerſarum clauſularum ſibi inuicem ſuccedentium venuſta iteratio. Baptiſta Mãtuanus ad Mariam. Tu mare/tu ventos/tu ſydera cuncta deũq;. Concilias; tu tuta ſalus/ tu pacis origo. Tu cõmune bonum/ generis tu gloria noſtri. Venus ad cupidinem primo ęneidos. Nate meę vires/ mea magna potentia ſolus. Nate patris ſummi qui tela typhoia tẽnis Altera vero eſt alicuius occulti. In oratione male quadrãti ſuppreſſio. Salluſtius. Antea item coniurauere pauci. In qbus fuit catilina de qua ꝙ breuiſſime potero dicam. Vbi relatiuum de qua nulli bene quadrat in textu ſed occulte intelligitur ablatiuus coniuratione per anaphoram/ quo in vocabulo diuiſionẽ facere coactus ſu;: quia cu; quatuor breues habeat ſyllabas hexametrum verſum legitime ingredi non poteſt.

Schematis ſpecies. xj. Epanalepſis.

Principio ſimilem finem vel lege reſumptam.

Augendi vocem ſenſus epalepſis habebit.

¶ Epanalepſis nomen græcu; latine replicatio ſiue reſumptio dicitur/ & eſt duplex. Vna quippe eſt eiuſdẽ dictionis in fronte & calce verſus aut ſententie repetitio. Ouidius de arte. Pauper amet caute: timeat maledicere pauper. Vergilius primo æneidos. Multa ſuper priamo rogitans ſuper hectore multa. Altera vero eſt augende ſignificationis gratia eiuſdem vocis continuata iteratio. Vergilius in bucolicis. Ah coridon coridõ q̃ te demẽtia cepit. Horati⁹ ĩ odis. Heu heu fugaces poſthume poſthume labunt̃ anni. Epanalepſis aũt p quinq; ſyllabas ſcribi debet & proferri. Ipſe tamẽ ſincopate per quatuor in textu profero aliter enĩ hexametro verſui quadrare nequit quia tres primas h; correptas.

Schematis ſpecies. xij. Epizeuxis.

Querit epizeuxis geminatam ex pectore vocem.

¶ Epizeuxis vox græca latine iterata conceptio explicatur. Eſt enim eiuſdẽ vocis cum vehementi affectu animi pronuntianda repetitio. Plautus in truculento. Te te ſceleſte furcifer/ furcifer criminare. Vergili⁹ in octauo. Me/ me adſũ q feci ĩ me cõuertite ferrũ. O rutuli. Itaq; cũ ea q̃ iã nũc dicta ẽ figura fere coĩcidere põt niſi ꝙ huic affect⁹ vehemẽtia grauior cũ explanatiõe adhibet̃.

Schematis ſpecies. xiij. Paronomaſia.

Affectus cauſa vocem pro voce repoſtam.

Aut verbum verbale regens paronommaſa confert. ꝑ paronomaſia pp metrum

¶ Paronomaſia vocabulũ gręcũ latine iuſta vel ꝓpe nomẽ reſoluit̃. Et eſt duplex vna qppe eſt vni⁹ dictiõis ad alterã paucis ĩmutatis lr̃is cauſa ĩdignatiõis vel eriſiõis alluſio. Baptiſta ĩ bucolicis. Nõ de⁹ vt ꝓhibẽta mor eſt ſ; amaror & error. Martialis ĩ epi. Diceris orator meli⁹ diceris arator. Therẽti⁹ ĩ andria Inceptio ẽ hęc amẽtiũ haud amãtiũ. Valer. maxi. nõ ꝑtorẽ te/ ſ; ꝑdonẽ dicim⁹ Altera vero ẽ nois verbalis a ſuo verbo gubernatio vt viuo/ vitã/ curro curſu;

loquor loquutionem:comedo comeſtionem &c. Paronomaſia autem per ſex ſyllabas quę omnes correpte ſunt & ſcribi & pronunciari debet ipſe tamē explendi carminis gratia coactus, m. literam in tertia ſyllaba geminaui & i. p ſincopam in quarta detraxi quod nulli prohibetur numero loquentium.

### Schematis ſpecies.xiiij.Scheſiſonomaton.

Quum vel plura vni vel cunctis ſingula fixis.

Adiectiua refers ſcheſiſo & nomaton tibi fertur.

¶ Scheſiſonomaton græca dictio latine habitudo nominum enodatur. Et eſt duplex. Vna quippe eſt plurium adiectiuorum ad vnum ſubſtantiuum per antonomaſiam applicatio. Prudentius in eucha. Sanctus & omnipotens & iuſt⁹ conditor adſit. Cicero in paradoxis. Magnam veraſo & ſepe inclamatam vocāt lucinam &c. Altera vero eſt ſingulorum adiectiuorum ſuis ſubſtantiuis adhibitio. Seduli⁹ de chriſtianitate. Noſtra ſalus/celeſte iubar/ furibūda voluptas Infernale chaos/animis generare meretur. Ennius. Marſa manus/peligna cohors/feſtina virum vis. Scheſiſonomaton aut em omnes vltima dempta breues. habet ſyllabas/ & particulam interpoſui. Aliter enim hexametrum carmen nequit ingredi.

### Schematis ſpecies.xv.Paromœon.

Si vocum varie compar eſt litera fronti.

Vel ſi maiori minus infers fit paromœon.

¶ Paromœon nomen grecum latine ſimilitudo dicitur. Et eſt duplex. Vna ſiquidem eſt multarum dictionum ſibi inuicem ſuccedentium quę eandem in fronte literam habent cōnexio Ennius. Machina multa minax minitatur maxima muris. Idem. O Tite tute tati tibi tanta tyrāne tuliſti. Altera vero eſt poſt maius grauiuſq3 dictum minoris humilioriſq3 adiunctio. Vergilius in quarto. Multa viri virtus animo multuſq3 recurſat. Gentis honos. Cicero. iij. officiorum. Animi iuſticiam imprimis laudabant & corporis honeſtatem.

### Schematis ſpecies.xvj.Homœoteleutō.

Finem iterat varie tibi vocis homœteleuton.

¶ Homœotelenton vocabulum grecum latine ſimilitudo finium explicatur. Eſt enim multarum dictionum ſimili terminatione finitarum annexio Iuuenalis de cicerone. O fortunatam natam me conſule Romam Papinius in ſyluis. Vt vidi interij cepiq3 acognita veneni. Vergilius in ſexto. Bella horrida bella &c.

### Schematis ſpecies.xvij.Homooptoton.

Vt ſit homoptoton plureis ſimiles iugo caſus.

¶ Homoptoton vel homœoptoton vox græca latine ſimilitudo caſuum interpretatur. Eſt enim multarum dictionum eodem in caſu poſitarum continuata locatio. Valerius maximus. Parentibus iuſtis/prouidis/manſuetis/& liberalibus parcere equũ putabãt. Enni⁹. Mœrẽtes: flẽtes: lachrymãtes: ac miſerãtes.

## Schematis ſpecies.xviij.Poliptoton.

Eſto poliptoton varij ſententia caſus.

¶ Poliptoton greca dictio latine pluralitas caſuum exprimitur. Eſt enim diuerſorum caſuum eiuſdem dictionis in oratione annexio. Vergilius in buco. Non omnia poſſumus omnes. Baptiſta.ij.par/Katha: Nemo eſt omnis homo non omnes omnibus artes. Idem.ij.parthe.Ma. Virq; viro p̃mitur pede pes & pe[illegible] ore pectus.

## Schematis ſpecies.xix.Metabole.

Tunc meta/condo/bole quum res varias ſimul edo.

¶ Metabole grecum nomen latine tranſitio explicatur. Eſt enim diuerſarum rerum coniuncta varietas. Vergilius primo geor. Hic ſegetes/illic veniunt felicius vuæ. Arborei fetus alibi/atq; iniuſſa vireſcunt. Gramina: nonne vides croceos vt tmolus odores India mittit ebur molles ſua thura ſabei. At chalybes nudi ferrum/viroſaq; pontus. Caſtorea heliadum palmas epiros equarũ. Cicero in orationibus. Quid eſt quod in te relinquatur dicendum furto alligant omnes/libidinis & laſciuie arguunt/de ſuperbia & contumacitate vniuerſi damnant. Multi ſacrilegum: plures homicidam nec deſunt qui parricida eſſe dicunt. &c. Interpoſitionem autem facere coactus ſum quia metabole habet tres primas ſyllabas breues proinde hexametrum carmen integre refugit.

## Schematis ſpecies.xx.Ploce.

Eſto ploce quum frons venter calx implicitantur.

¶ Ploce vocabulum grecum latine implicatio explanatur. Eſt enim dictionũ repetitio in qua media primis & vltima medijs promiſcue competunt. Perſi⁹ ſatyra prima vſq; adeo me. Scire tuum nihil eſt niſi te ſcire hoc ſciat alter. Cicero in ora. Veſtrum iam hic factum dep̃henditur patres conſcripti non meũ ac pulcherrimum quidem factum: verum vt dixi non meum: ſed veſtrum.

## Schematis ſpecies.xxj.Cœnonia.

Rem varijs vnam verbis cœnonia profert.

¶ Cœnonia vox greca latine cõmunicatio iterp̃taẽ. Eſt ei pluriũ verborũ. Id ẽ.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

ſignificantium ad eandem rem denotandam grauitatis cauſa inculcatio. Cicero in catilinam. Abijt/exceſſit/erupit/euaſit. Quintilianus de clamatiõe. Vos enim ſtatuiſtis. vos ſententiam dixiſtis: vos iudicaſtis &c.

## Schematis ſpecies. xxij. Hyrmos.

### Hyrmos perficitur quando eſt conſtructio longa.

¶ Hyrmos greca dictio latine trectio vel productio enodatur. Eſt enim longi ſermonis ad multos vſqȝ verſus continuata ſeries. Vergilius primo georgicum. Quid faciat letas ſegetes/quo ſydere terram. Vertere mecœnas/vlmiſqȝ adiungere vites. Conueniat/quę cura boum: quis cultus habendo. Sit pecori/atqȝ apibus quanta experientia parcis. Hinc canere incipiam. Sic idem. Primo eneidos. Eſt in ſeceſſu longo locus &c. Et in ſexto Principio cę um &c.

## Schematis ſpecies. xxiij. Diaſhyrmos.

### Auget vel minuit vel partitur diaſhyrmos.

¶ Diaſhyrmos grecum nomen latine protractio reſoluitur. Et fit tribus modis. Primo quando magna paruis minuuntur. Therentius in Andria. Faciũt ne intelligendo: vt nihil intelligant. Secũdo vbi parua magnis augentur. The. Ibidem. Quorum emulari exoptat negligentiam potius ꝙ iſtorum obſcuram diligentiaȝ. Tertio vbi vna & eadẽ dictio ad ſignificata duo trahiẽ. Vergilius in buco. Nam neqȝ adhuc vario videor nec dicere ſinna. Digna ſed argutos inter ſtrepere anſer olores.

## Schematis ſpecies. xxiiij. Climax.

### Per voces graditur climax phalerata reſumptas.



¶ Climax huius/atos. vocabulum grecum latine progreſſio exponitur. Eſt ei ad cõpletã vſqȝ ſẽtẽtiã de dictiõe ĩ dictionẽ venuſtiſſima gradatio. Cic. ad atticum. Aphricano virtutem induſtria/ virtus gloriam/gloria emulos comparauit. Lactantius. ſcdo inſtitutionum. Voluntatem conſortium/voluntas factũ/factũ delectationẽ/delectatio conſuetudineȝ & deniqȝ conſuetudo mortem generat ſempiternam. Vergilius in buco. Torua leæna lupum ſequitur/ lupus ipſe capellam Florentem cythiſum ſequitur laſciua capella. Te coridon o Alexi trahit ſua quemqȝ voluptas

## Prioris capitis formula ſequunda.

### De tropo & eius viginti nomen ſpeciebus.

Neglectis proprijs tropus altera ſenſa capeſcit.

¶ Tropus greca dictio latine mutatio vel conuerſio interpretatur. eſt enim vocabuli vel ſententię propria ſignificatione relicta ad alteram ſimilem cum grauitatis virtute trallatio vt vulpes pro cauto & fallaci/ lupus pro fure & rapaci. Bacchus pro vino &c. Perſius ſatyra quinta. Aſtutam vapido ſeruas ſub pectore vulpem. The. in eunucho. Quem lupo commiſiſti Ouidius in epiſtolis. Libera verba pater bacchus habere ſolet. Huius autem & concinę & vſitate formule ſpecies ſunt viginti nouem/quas ſubiecta edifces ſerie.

## Tropi ſpecies prima. Metaphora.

Tunc meta condo phoram quando eſt tranſlatio rebus.

¶ Metaphora greca vox latine trallatio explicatur. Eſt enim rerum verborumq3 trallatitia vſurpatio & fit potiſſimum tribus de cauſis. Prima eſt neceſſitatis. vt gemme ſurgent in palmite. Segetes ſitiunt eſtate. Aliter enim ruſtici loqui debite non poſſunt vt pote quibus propria earum rerum vocabula deſunt. Sequnda eſt honeſtatis. vt ciceronianę orationis lumen effulget Demoſthenianę eloquētię flumen redundat multo enim ſic loquor honeſtius ꝙ ſi ſolũ dicerē Cicerōis oratio eſt clara Demoſthenis eloquētia ē magna. Tertia eſt directionis. vt floribus auſtros perditus & liquidis immiſi fontibus apros. id eſt laborem operamq3 omnem perdidi itaq3 hęc figura generalis eſſe poteſt ad omnes ſpecies tropi niſi apertior deſideraretur explanatio. Metaphora autem quatuor breuibus ſyllabis conſtat proin neceſſario diuiſionem non inhoneſtā (vt arbitror) in textu effeci.

## Tropi ſpecies .ij. Catachreſis.

Verborum licito fiet catachreſis abuſu.

¶ Cathachreſis gręcum vocabulum latine abuſio, vel contrarius vſus dicitur. Eſt enim innominate rei per nomen alterius expreſſio vt pixis/ idis pro vaſculo cuiuſcunq3 metali/ quia dicitur pixis ꝙ ſi buxis. vt pote quę ꝓprie ex buxo fit. Sic piſcina pro quocūq3 loco vbi non ſunt piſces quia proprie eſt locus piſcium. Item parricida pro occiſore matris vel fratris quia proprie eſt qui patrem occidit. Ea aũt figura imprimis eſt neceſſaria vt multis rebus adhuc innominatis vocabula poſſint attribui.

## Tropi ſpecies .iij. Metalepſis.

Precedenti ſuccedēs metalepſis adaptat.

¶ Metalepſis gręca dictio/ latine tranſumptio exponitur. Eſt enim alicuius cōſequentis pro ſuo antecedente trallatitia vſurpatio. vt vitium pro homine vitio

oſo/penitere pro voluptari. Ariſta pro anno &c. Perſius ſatyra. iiij. Et potis eſ nigrum vitio pfigere tita. Diogenes ad laudem. Pro coitu aliquot talenta q̄rentem dixit. Penitere tanti non emo. id eſt voluptatem quam ſemper peniten tia ſequitur. Vergilius in buco. Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas. Id eſt poſt aliquot annos quia ſingulis annis ariſte renouantur.

## Tropi ſpecies. iiij. Metonymia.

Finge metonymiā ponens pro nomine nomen.

¶ Metonymie nomen grecum/latine tranſmutatio nominis appellatur. Eſt enim vnius nominis pro altero honeſta vſurpatio. & fit precipue octo modis. Primo vbi inuentor vel inuentrix p re inuēta ſumitur. vt Bacchus pro vino/ Ceres pro pane. venus pro libidine. Therentius in andria. Sine cerere & baccho friget venus. Secundo vbi res inuenta pro inuentore vel inuentrice accipitur. Plautus in bacchidibus. Vinum p̄cemur. nā hic deus preſens adeſt. Id eſt bacchum Lucretius libro ſeptimo. Luxuriam colimus nec adeſt orata q̄relis. id eſt venerem. Tertio vbi continens pro contento ponitur. vt orchus pro damnata anima. vrbs pro populo &c. Prudentius de Iu. Ingemit eternis penarum tractibus orchus: id eſt anima. Lucanus in ſeptimo. Patribus accitis totam ſibi conuocat vrbem: id eſt populum. Quarto vbi contentum pro continente conſtituitur. Valerius maximus. Per idem tempus Alexander ille (quem ſupra dixi) populum corinthium oppreſſit. Id eſt vrbem corinthiam. Vergilius primo enei. Crateras magnos ſtatuunt ac vina coronant. id eſt pocula herbis redolētibus circundant. Quinto vbi efficiens pro effecto vſurpatur. Vt remis ac velis pro velocitate. Opibus & honore pro ſuperbia. Lactantius. ij. Inſti. Niſi remis ac velis properas res tota peſſundabitur. Quintilianus/tertio de oratore. Opibus & honore nimium freti probos inter homines rariſſime diliguntur. Sexto vbi effectus pro efficiente ponitur. Vt mors pallida quę pallidum reddit hominem meſtus timor qui hominez meſtum facit. Baptiſta primo parthe. ma. Pallida preteriti ſpatium mors occupat eui. Ouidius de triſtibus. Pectora deficiunt meſto compreſſa timore. Septimo vbi poſſeſſor pro ſua poſſeſſione collocatur. Plautus in merca. Hominem voraſti ſceleſta: id eſt poſſeſſionem vel patrimonium hominis. Vergilius. ij. enei. Iam proximus ardet vcalegon. id eſt domus vcalegonis. Octauo vbi poſſeſſio pro ſuo poſſeſſore ſumit. Apuleius de magia. Italiam euentu felice recepiſti gremio: id eſt regem Italie. Ouidius in faſtis. Vno omnis cecidit marte ſurēte dom⁹. i. paterfamilias.

## Tropi ſpecies. v. Antonomaſia.

Appellatiuo proprium tunc ſepe notatur.

Cum laudem aut vitium grauis antonomaſa recludit.

¶ Antonomaſia vox greca latine pronominatio exponitur. Eſt enim appellatiui nominis loco proprij cauſa laudis vel vituperij honeſta vſurpatio. vt poe

ta pro Vergilio apud latinos: vel homero apud græcos. Orator pro Cicerone: vel demoſthene. Chriſtus pro mundi ſaluatore: & gnaliter qn per excellentiã appellatiuo proprium exprimitur: vt domitor maris: pro neptuno. Dux anchiſiades pro Aenea. Tyrithius heros pro herculei. Sic etiã in vituperio: vt calu⁹ Nero pro Domitiano. Francus proditor/pro Ganellone. Troianus eluzor/ pro Sinone. & id genus alia prope infinita quę paſſim apud authores/ & venuſta & vſitata comperiuntur. Antonomaſia autem per ſex ſyllabas ſcribi & proferri debet in ꝓſa: ſed ratione carminis ſincopam effici quia cum tres medias ſyllabas habeat breues heroicũ verſum integre non poteſt ingredi.

## Tropi ſpecies ſexta: Epitheton.

### Tunc epi/formo/theton fixis vbi mobile quadro.

Epitheton vocabulum græcum latine appoſitum vel adiũctum profertur. Eſt enĩ debiti adiectiui ſuo ſubſtãtiuo adhibita connexio: & fit præcipue octo modis. Primo ab animo/pſalmographus. Deus iudex iuſtus fortis & patiẽs. Vergilius quarto æneidos. Sum pius Aeneas fama ſuper ethera notus. Secũdo a corpore. Vergilius in quarto. Maximus athlas/ Axem humero torquet ſtellis ardẽtibus aptum. Baptiſta in epigrammatis. Alcides magnus magno precelluit orbi. Tertio a qualitate vel forma. Ouidius de triſtibus. Imprimis placuit patri formoſus iulus. Lucretius libro ſexto. Pigrum terſitan vigilans contemnit Achilles. Quarto a natura. Lucili⁹ libro primo. Frigidus imber abit viridi ſpatiemur agello. Item in ſeptimo. Feruidus ignis habet quæ vires longa pararat. Quinto ab effectu. Perſius in prologo. Heliconidaſqꝫ pallidamqꝫ pyrnem. Illis relinquo quorum imagines lambunt ; hedere ſequaces. Vergilius in primo. Alma venus phrigiį genuit ſimoẽtis ad ondas. Sexto ab ingenio. Ouidius in faſtis. Doctus ariſtoteles doctis florebat athenis. Philelphus ſatyra nona. Facundus cicero facundũ reddidit orbem. Septimo a loco. Vergilius in bucolicis. Cantabunt mihi dametas & lixius egon. Idem ſexto æneidos. Tartareus phlegeton torquetqꝫ ſonantia ſaxa. Octauo a genere vel parentela. Vergilius in primo. Naſcetur pulchra Troianus origine Cæſar. Baptiſta contra impu. Nõ ita Hieremyas docuit non Thracius Orpheus Non ita leſſei regia muta ſenis. Quo in exemplo duo quoqꝫ aliį modi huius honeſte figure comperiuntur. Epitheton autem oẽs ſyllabas habet breues proinde diuiſionem facere coactus ſum.

## Tropi ſpecies ſeptima: Synecdoche.

### Partem pro toto contra ve Synecdocha profert.

Synecdochæ es/vel ſynecdocha ſynecdochę græcumnomen: latine comprehenſio dicitur. Eſt enim partis pro toto vel totius pro parte venuſta cõceptio/ vt puppis pro naui. Pontus pro aqua. Vergilius in primo. Puppeſqꝫ tuæ, pubeſqꝫ tuorum. Aut portum tenet/aut pleno ſubit oſtia velo. Idem. Ibidem. Ingens a vertice pontus. In puppim ferit &c. Pretereo autem grammaticam

ſynecdochen/quã verbum vel adiectiuũ regit partem pro toto. In actõ vel abſolatiuo: vt frigidus pedes/animum languet. Turbatus mẽte/capite dolet/ quia de hac in noſtra Iſagoge & parte ſecunda grãmatices ſufficienter dictum eſt.

## Tropi ſpecies octaua: Oonomatpœia.

Verba efficta ſono nobis parit: Onomatopeium.

¶ Onomatopęia vel onomatopęium gręca dictio latinę nominis fictio iterpretatur. Eſt eni dictionis a ſono ficte prolatio: vt hinio is. equorũ/mugio is. taurorũ: Boo as. boum/ballo as. ouium/ grunio is. porcorum/ grinio is. catorum &c. Sic grus ſcroſa taratãtara ꝑ clangore tubarum. hinc eſt illud eni. iij. At tuba terribili ſonitu taratantara dixit. Onomatopęia autẽ habet quatuor primas ſyllabas breues quæ hexametro verſui vix cõgruunt ꝓpterea ꝓſeleumaticũ in ſede quinta loco dactyli cõſtituere nõ ſum veritus: quia vt in libro qtitatum oſtendimus: id ꝓbati authores plærumqꝫ factitarunt.

## Tropi ſpecies nona: Periphraſis.

Multis pauca notis phalerata periphraſis edit.

¶ Periphraſis vocabuluꝫ græcum latinę circũ locutio reſoluitur. Eſt eni breuis rei pluribus verbis perqꝫ elegans narratio: & fit præcipue duobus modis. Vno cauſa turpiloqui ſermonis vitandi. Vergil. ij. Georgico. Hoc faciunt nimio luxu ne obtuſior vſus. Sit genitali aruo & ſulcos oblimet ignes. i. ne cõceptio feminarũ impediatur. Idẽ. ix. æneid. Placidũqꝫ petiuit. Coniugis effuſus gremio p mẽbra ſoporẽ. i. coniugi coiuit. Altero exornande rerũ paruitatis gratia. Vergilius. ij. eneidos. Tempus erat quo prima quies mortalibus ęgris incipit: & dono diuũ gratiſſima ſerpit. id eſt nox erat. Idem in quarto. Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras. Tithoni croceum linquens aurora cubile: id eſt oriebatur dies. Hæc autem figura præter cæteras venuſtatis habet plurimum ſi modo legitime vſurpetur.

## Tropi ſpecies decima: Hyperbaton.

Turbatam ſeriem ſermonis hyperbaton infert.

¶ Hyperbaton vox greca latinę verborum trãgreſſio explicatur. Eſt enim lõgiuſcule ſententię ſenſum diſturbans verborum cõtinuatio. Vergilius nono æneidos. Interea reges ingenti mole latinus. Quadrijugo vehitur curru cui tempora circum. Aurati bis ſex radij fulgentia cingunt. Solis aui ſpecimen bigis it turnus in albis. Bina manu lato criſpans haſtilia ferro. Hinc pater Aeneas Romane ſtirpis origo. Sidereo flagrans clypeo & celeſtibus armis. Et iuxta aſcanius magne ſpes altera Rome Procedunt caſtris. Vbi vera ordinatio eſt. Interea reges ꝓcedunt caſtris vide ergo ꝙ longa ſnie intermiſceatur ſuſpenſio. Sed ne forte mouearis ꝙ ſupradictam vergilij authoritatem in ꝑepſiam citauimus/certum habe multas plærumqꝫ in eadem orõne figuras con

tineri ſecundum diuerſos orationis inuitus.

### Tropi ſpecies vndecima: Hyſterologia.

**Hyſtero ſormo logon poſtponens ante ferendum.**

¶ Hyſterologus vel hyſterologia nomen græcum latinę ꝑpoſterus ſermo dicitur. Eſt enim vel geſte vel naturalis rei præpoſtera ordinatio. Vergilius primo ęneidos. Arma virūq; cano: quia in ſex primis libris canit virū. In reliqs vero arma. Idem in. ij. Moriamur & in media arma ruam⁹. Prius enim in arma ruunt milites ꝙ moriātur. Idem in. iij. Poſtꝙ altos tetigit fluctus: & ad ęquora venit. Prius enim ad equora venit: ꝙ tangat fluctus. Diuiſionem autē neceſſitate feci: quia hyſterologia omēs ſyllabas dempta prima correptas habet; apud quoſdam tamen hyſteron proteron appellatur.

### Tropi ſpecies duodecima: Anaſtrophe.

**Caſu prępoſitam poſtponit anaſtropha vocem.**

¶ Anaſtropha vel anaſtrophe vocabulum grecum latine inuerſio vel immutatio profertur. Eſt enim præpoſitionis ante locande poſt ſuum caſum exhibitio. Verg. in. j. Italiam contra &c. Idem ibidem. Maria oīa circūerramus &c. Baptiſta primo parthe. M. tranſtra per effuſi certiſſima fata tuliſſent. Hec autem tropi ſpecies nō parum affert venuſtatis preſertim in his quatuor vſq; penes verſus & tenus. Ouidius in faſtis non ſemel obrubuit qui thebas vſq; cucurrit. Baptiſta primo parthe. ma. Vos penes eſt genus omne boni: & Lucretius libro tertio. Mania verſus eat ruri qui degere neſcit. Vergili⁹ tertio gneidos. Capulo tenus abdidit enſem.

### Tropi ſpecies decimatertia: Parentheſis.

**Senſum interponi iucunda parentheſis optat.**

¶ Parentheſis vox gręca latinę interpoſitio reſoluitur. Eſt enim alicuius ſententie iter rectā orationis ſeriem elegans cōſtitutio. Et ſit potiſſimū inter adiectiuū & ſubſtantiuū vel inter appoſitū & ſuppoſitū. Lactanti⁹. j. inſtitutionū. per ꝙ ſcelerata (ꝙ vniuerſi expetūt) pecunia eſt. Vergilins primo gneid. Aeneas (neq; enim patrius conſiſtere mētem. Paſſus amor) rapidū ad naues premittit achaten.

### Tropi ſpecies decimaquarta: Syncheſis.

**Confuſas voces aut ſenſus ſyncheſis effert.**

¶ Syncheſis græcū nomē latine cōfuſio dicit̄. Eſt enī vocū aut ſniarū difficilis inextricataq; ordinatio. Verg. in. j. Treis not⁹ abreptas ī ſaxa latentia torquet. Saxa vocāt itali medijs quę in fluctibus aras. Dorſu; imane mari. Vide ꝙta hic vocū eſt cōfuſio: rect⁹ ordo ſiquidē eſt. Notus torquet treis naues abreptas ī ſaxa: q̄ ſaxa latētia in medijs fluctib⁹ & imane dorſu; mari itali vocāt aras. Verg. i. ij. gnei. Iuuenes fortiſſia fruſtra. Pectora ſi vobis audentem

extrema cupido eſt. Certa ſequi que ſit rebus fortuna videtis. Exceſſere omēs adytis ariſq; relictis. Dij quib⁹ imperiū hoc ſteterat; ſuccurritis vrbi Incēſe moriamur & in media arma ruamus. vide q̄ta ſit rerum & verborum intricatio Verus ſiquidem ordo eſt O iuuenes fortiſſima pectora ſuccurritis fruſtra incenſe vrbi quia dij quibus hoc imperium ſteterat exceſſere adytis & aris relictis q̄ ſi certa cupido eſt vobis ſequi me audientem extrema videtis que ſit fortuna rebus ruamus in media arma & moriamur. Hæc autē figura q̄ꝑ poetis poteſt concedi. Oratoribus tamen inuiſa eſſe debet.

## Tropi ſpecies decimaquinta: Tmeſis.

Intereicto aliquo tmeſis tibi verba ſecabit.

Tmeſis dictio græca latine ſectio vel interciſio explanatur. Eſt enim dictionis aliquo interpoſito poetica diuiſio. Perſi⁹ ſat. iij. O miſer inq; dies vltra miſer huccine rerū. Venimus idē, ſat. iiij. Cedimus inq; vicem prebemus crura ſagittis. Verg. li⁹. ij. Geor. Eſt regio borree ſeptem ſubiecta trioni. Hac autē figura (veluti legentibus iam enoteſcere potuit) hoc in opuſculo frequenter vtor vt carins ratio conſeruetur.

## Tropi ſpecies decimaſexta: Hyperbole.

Pluſq̄ certa fides acceptet hyperbola dicit.

Hyperbole vel hyberbola vocabulum græcum latine ſuperexcedens dictu; explicatur. Eſt enī augmentationis vel diminutionis grā alicuius incredibilis dicti prolatio augmētationis quidē. Verg. in. j. ęnei. Ferit aurea ſydera clamor. Itē in. vj. Tū tartarus ipſe. Bis patet in præceps trā tenditq; ſub vmbras; Q̄tus ad ethereum cæli ſuſpectus olympū. Idē in primo. Stridens aquilone procella. Velū aduerſa ferit fluctuſq; ad ſydera tollit. Diminutionis vero Vergili⁹ in buco. Nunq̄ tibi fiſtula cera; iūcta fuit. ibidem: his certe neq; amor cauſa eſt vix oſſibus herent. Plautinus teſtudine tardior ędepol hic eſt: neillum quidem aſſequetur.

## Tropi ſpecies decimaſeptima: Allegoria.

Finge allegoriam: vt ſenſus pro ſenſibus audas.

Allegoria nomen græcum latinę aliena ſignificatio interpretatur. Eſt enī vnius ſententie pro altera trallatitia vſurpatio. Mantuanus in epig. Lympida ſcœnoſo mergitur vnda lacu. Id eſt bonū ſæpe īgeniū res turpes & infames ſcribit ac dictat. Hora. in epiſt. Quæris, Mecœnas iterū antiquo me includere ludo. i. Vis me ſcribere qualia quōdā iuuenis ſcripſi. Verg. in buc. Claudite ia; riuos pueri ſat prata biberūt. i. ludo finē Imponite ſatis eni ſupq; luſum eſt. Hęc autem figura apud ꝓbatiſſimos authores plurimum habet efficacie vbi legitimam ſortita eſt formationem.

## Tropi ſpecies decimaoctaua: Ironia.

Verbis oppoſitum ſenſum ironia reponit.

¶ Ironia vox græca: latine cauillatoria ſimulatio profertur. Eſt enim indignationis vel illuſionis gratia per oppoſitum ſenſum intelligenda verborum prolatio. The. in an. Id populus curat ſcilicet. id eſt nullo modo certe curat. Vergilius in. iiij. æneí. Egregiam vero laudem & ſpolia ampla refertis. Tuqꝫ puerqꝫ tuus. id eſt magnum certe vituperium incurriſtis. Idem ibidem. Scilicet is ſuperbis labor eſt/ea cura quietos ſollicitat. id eſt nullo certe pacto id ſuperi curant. Hęc autē figura indiget prolationis adiutorio. Nam niſi illud ciceronis (i Claudium) pronunciatione adimeris (Integritas tua te purgauit) mihi crede (pudor eripuit: vita anteacta ſeruauit) oppoſitum profecto illius dicere videbitur quod intendit. de aliijs conſimiliter eſt vbiqꝫ cenſendum.

Tropi ſpecies. xix. Antiphraſis.

Antiphraſim loqueris dans per contraria nomen.

¶ Antiphraſis dictio gręca latine contraria locutio interpretatur. Eſt enī vni⁹ dictionis pro ſua contraria ſignificatione vſurpatio. Vt qui paruulum / nanū/ Herculē/ Athlantem vel Sanſonem vocat. Qui rudem & indoctum. Ariſtotelem/ Platonem/vel Ciceronem apellat. Qui pigrum. Achilleꝫ/ Hectora/ Eneā aut alio ſimili nomine dicit. Similia exempla paſſim apud authores indignationis vel eriſionis gratia comperias. Sed pluſꝙ vulcania cachinatione mihi ni mirum illi eſſe digniſſimi videntur qui hac & ſimilia nomina. Lucus bellum parca &c. Antiphraſicos. id eſt per contrarium dici volunt & docent. quorū dementiam in parte. ij. noſtre grammatices apertiſſime confudimus. Antiphraſis ergo nunꝙ fit niſi quum vna dictio pro ſuo contrario ſumitur. Vt veſta pro puella libidinoſa venus pro virgine cupido pro caſto hypolitus / pro laſciuo & id genus alia quorum non eſt numerus.

Tropi ſpecies. xx. Aenigma.

Explicitu grauibus dictis ænigma refertur.

¶ Aenigma vocabulum græcum latine obſcurus ſermo explanatur. Eſt enim propoſitionis abſoluta difficillime enuntiatio vt Quodnam eſt animal primuꝫ quatuor. deinde duobus/poſtremo tribus/pedibus gradiens. Reſponde. eſt homo q in inſtantia manibus/pedibuſqꝫ/repit. In reliquis etatibus mediis duobus pedibus incedit. In ſenectute vero baculum pro pede. iij. ſumit. Iteꝫ quidnam vere dicat/mater me genuit/eadem mox ginitur ex me. Reſponde ē nix: quæ ex aqua generatur & ſtatim in aquam reſoluitur. Item quenam eſt auia filiorum ſimul & mater mariti. Reſponde. Iocaſta/quæ cum filio ſuo edipode rē habuit veneream ex quo binos liberos. Eteoclem & polynicem/peperit: quib⁹ & auia & mater fuit. Hanc autē figuram inter vitia pleriqꝫ collocant ſed reſpectu diuerſo vti poſtea dicetur.

Tropi ſpecies. xxj. Charientiſmos.

Dat charientiſmos dicta auxiliantia paci.

¶ Charientiſmos nomen græcum latine gratioſa locutio explicatur. Eſt enī amici ſermonis ad duru͂ vel ad dubia humilis reſponſio vt Si queram quid ais furcifer. Reſponde. Bona verba queſo. Item. vis ne aliud. Reſponde. vt bene beateq; valeas. Item. Quid inquis balatro. Reſponde. Dij tibi vota ſecundent.

### Tropi ſpecies. xxij. Parœmia.

## Vulgatim trito ſermone parœmia ludit.

¶ Parœmia vox græca latine ſimilis cãtilena profertur. Eſt enim vulgato vſu populi notificatum prouerbium quaſi iuxta communem vulgi cantilenam fictum. Lactantius ſecundo inſtitutionum. Ab ouo adufq; malum legere honoris eſt / & glorię. id eſt. A principio vſq; ad finem. ductum a conuiuijs quorum principio oua: fini vero poma adhiberi ſolent. Therentius in eunucho. Lupus eſt in fabula. id eſt ille adeſt cuius p̄ſentia nos tacere cogit tractum a lupo qui vocem his adimere fertur quos prior viderit. Vt in hoc Bucolico: lupi merim videre priores. Cicero ad herennium. Plura loqui non eſt tutum ſed cocta numerabimus exta. id eſt rem cognoſcemus ſecundum euentū. Sicut enī frequenter multoꝛ iura lebeti inferunt tumiſcētā ꝙ poſt decoctionē extrahantur integra (quia inter coquendum multa ſepe crepant & rumpuntur) Ita multo plura ante rei euentum perſepe ſperantur / ꝙ in ipſo actionis exitu comperiantur.

### Tropi ſpecies. xxiij. Sarcaſmos. Et. xxiiij. Mycteriſmos.

## Ex odio ridens ſarcaſmos ſplene proterno.

## Ridiculo vel iocans tibi mycteriſmos habetur.

¶ Sarcaſmos dictio græca latine carnalis eriſio interpretatur. Eſt enim hoſtis in hoſtem odioſus riſus. Vergilius. ij. æneí. Referes ergo hęc & nucius ibis pelide genitori. Illi mea triſtia facta. Degenereq; neoptolemum narrare memento. Idez in. xij. En agros & quam bello troiane petiſti. Heſperiaz metire facēs. Sed mycteriſmos naſuta eriſio explicatur. Eſt enim vel ex naturali inclinatione vel ex petulante animo proueniens eriſio. Perſius ſatyra prima. Per me equidem ſint omnia protinus alba nil moror. Euge omnes etenim bene mire / eris res. Idem ſatyra. iiij. I / nunc dinomaches ego ſum ſuffla. &c. Vide ergo diligenter quæ ſit has inter duas figuras differentia.

### Tropi ſpecies. xxv. Aſteiſmos.

## Aſteiſmo perbellum aliquid gens ruſtica profert.

¶ Aſteiſmos vocabulum græcum latine faceta vrbanitas interpretatur. Eſt enim ruſtici hominis elegans artifexq; diuerbium. Vergilius in buco. Inuenies alium ſi te faſtidit alexis. id eſt vno amante perdito facile reperitur alter. Idem. Qui bauiu; non odit amet tua carmina meui. id eſt / qui vnum ineptū

& barbarum amat facile alios & ſequitur. Nam bauius & Meuius duo inſulſi poete fuerunt vergilio & horatio maxime emuli. Idem. Atq3 idem iungat vulpes & mulgeat hircos. id eſt rem impoſſibilem & contra naturam attentet quia neq3 vulpes arare terram neq3 hirci lac reddere poſſunt. Afteiſmos autē per qua tuor ſyllabas ſcribi & proferri debet ſed quia duobus conſtat trocheis ſynereſin in textu feci contrahendo duas medias ſyllabas in vnam quod apud authores vel probatiſſimos viu frequentiſſimo reperitur vt in arte verſificatoria docere memini.

## Tropi ſpecies.xxvj.Homœoſis.

Reddis homœoſim claris vbi nubila pandis.

¶ Homœoſis nomen græcum latine ſimilitudo explanatur. Eſt enim ignote obſcureq3 rei per notam & magis claram elucidatio. Lactantius.ij. Inſtiui. Sophiam animo qui condiderit omnemq3 ſapientiam mente concluſerit. Iam ſam cum ipſo deo & angelis creditur verſari. Vbi ſapientia declarat aperte ꝙ ſophia ſignificat obſcure. Baptiſta primo parthe. Ma. Venimꝰ ad canos frigeicē temq3 ſenectam vbi ſenecta notificat ꝙ per nomen cani ignote deſignatur. Vergilius.vj.æneidos. Deuenere locos letos & amena vireta. Fortunatorum nemorum ſedeſq3 beatas. Vbi per ſedes beatas declarat poeta quid per preceꝺentia intelligat.

## Tropi ſpecies.xxvij.Icon.

Quum formam forme diſpenſo dicitur Icon.

¶ Icon vox græca latine imago exponitur. Eſt enim hominis ad formam alterius rei comparatio. Cicero de fatis. Ibat in prelium corpore tauri validiſſimi. Impetu leonis acerrimi. Quintilianus.iij.inſtitutionum. Iſte quotidie per forum tanꝗ iubatus draco ſerpit dentibus aduncis. Vergilius in primo æneid. Omnia mercurio ſimilis vocemq3 coloremq3. Et crines flauos & mēbra decora iuuente.

## Tropi ſpecies.xxviij.Parabola.

Tunc para fingo bolam cum re ſimili bonus vtor.

¶ Parabola dictio græca latine ſimilis ſententia explicatur. Eſt enim vniꝰ ſententie ad collationem alterius ſimilitudinaria vſurpatio. Matheus in euange. Domine quinq3 talenta tradidiſti mihi ecce alia quinq3 ſuper lucratus ſum. id eſt. Quinq3 ſenſus mihi dediſti quibus quinq3 virtutes anime mihi cōparaui. Seneca in epiſtolis. Hyrundinem ſub tectum ne recipias. id eſt fallace3 hominem in amicum ne contrahas, quia proſperitatis tempore aſſiſtet aduerſitate vero ingruente fugiet. Hæc autem figura tam vulgata quondam fuit vt nihil fere ſine parabolis eloquentiſſimi viri proferrent. quibus & diuina euangelia animarum redemptor Chriſtus vbiq3 reſperſit. Ceterum parabola omnes ſyllabas habet correptas: proinde diuiſionem in textu feci.

### Tropi ſpecies. xxix. Paradigma.

Exemplum ſtatuens rerum paradigmate ludo.

¶ Parad[illegible] vocabulum gręcum latine ſignum vel exemplum reſoluitur. Eſt enim dicti vel facti pteriti ad incitandos animos exemplificatio. Baptiſta cõtra ipu. Nõ ita Hiere. docuit nõ thraci⁹ orphe⁹. Nõ ita ieſſei regia muſa ſenis Verg. i. ęnei. Antenor potuit medijs elapſ⁹ achiuis Illiricos penetrare ſu⁹ &c.

### Prioris capitis formula. iij. de metaplaſmo & eius quidecim ſpeciebus.

Eſt metaplaſm⁹ vbi vox tranſformata videtur.

¶ Metaplaſmus dictio gręca latine trãſformatio profert. Eſt enim vel neceſſitatis vel ornatus gratia alicuius dictionis poetica tranſmutatio vt induperator pro Imperator. Celicolum pro celicolarum. Vpilio pro opilio dicundi pro dicendi &c. de quibus certam determinationem eius figure ſpecies quindecim inſinuabunt.

### Metaplaſmi ſpecies. j. Protheſis.

Protheſis initio vocis quicq̃ ſuperaddit.

¶ Protheſis vox gręca latine appoſitio interptatur. Eſt enim litere vel ſyllabe ĩ principio dictionis poetica adiunctio/ vt aſto aſtas/ pro ſto ſtas/ tetuli/ pro tuli/ reſurrexit/ pro ſurrexit. Vergilius in nono. Arduus alcides medijs in menib⁹ aſtat. Plautus in merca. Si id reſciſcem nunq̃ edepol huc tetuliſſem pedẽ. Paulus ad Ro. Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur quum ſemel tantum Chriſtus ſurrexerit.

### Metaplaſmi ſpecies. ij. Epentheſis.

In vocis medio pulchre quid epentheſis aptat.

¶ Epentheſis nomen gręcum latine interpoſitio exponitur. Eſt enim litere vel ſyllabe in media dictione metri gratia adiunctio. vt relliquie pro reliquie relligio pro religio induperator pro Imperator. Vergilius primo ęnei. Troas relliquias danaum atq; immitis achilli. Idem in hac caſti maneant in relligione nepotes Iuuenalis ſatyra. iij. Quales tunc epulas ipſum gluťiſſe putamus. Induperatorem.

### Methaplaſmi ſpecies. iij. Paragoge.

Vocis fine aliquid paragoge apponere querit.

¶ Paragoge vocabulum gręcum latine adductio ſiue appoſitio explicatur. Eſt enim litere vel ſyllabe in fine dictionis metrica applicatio / vt dicier / pro dici/ adipiſcier/ pro adipiſci/ magis/ pro mage &c. Perſius ſatyra. j. At pulchrum eſt digito monſtrari & dicier hic eſt Plautus in bacchidi. Adipiſcier. Iſthuc quod amas/ regie felicitatis eſt. Vergilius primo ęnei. Quã Iuno fertur terris magis omnibus vnam.

### Methaplaſmi ſpecies. iiij. Apheresis

## Si quid principio deponis aphereſis eſto.

¶ Aphereſis dictio græca latine ablatio ſiue depoſitio reſoluit. Eſt enī dictionis ſimplicis pro ſua cōpoſita vſurpatio: vt curro pro percurro vel tranſcurro. cedo pro recedo. temno pro contemno &c. Lucretius lib. ij. Currere nec piguit tumefactas equoris vndas. Baptiſta de morte contem. Cedite terrene turpiſſima vincula cure. Cedite nec mētes ſollicitate pias. Vergi. in. vj. eneid. Diſcite iuſticiā moniti & nō temnere diuos.

## Metaplaſmi ſpecies quinta: Sincopa.

## Nonnihil e medio vocum tibi ſincopa tollit.

¶ Sincopa vox greca latine cōſciſio profertur. Eſt enī literæ vel ſyllabe de media dictione ablatio. vt cælicolū ꝑ cælicolarū: & in alijs genitiuis pluralibꝰ poliſyllabis primi declinatus ſicut graiugenū / cęlicolū / caprigenū &c. Item. virū ꝑ virorū / & in reliquis genitiuis pluralibus ſecunde declinatiōis quorū plurares nti ſunt diſſyllabi ſicut deū / diuū / piū &c. Iteꝫ celeſtū pro cœleſtium / & in alijs pluralibus genitiuis tertij declinatus q terminantur in ium. vt amātum ſapientum / legentum &c. Itē currū pro curruū: & in paucis alijs genitiuis verbalibus quartę declinationis ſicut viſum / curſum / riſum &c. Deniqꝫ admoſti pro admouiſti / & in reliquis p̄teritis q̄ in viſ terminantur & in temporibus inde formatis Sicut amaſti / fleſti / cupiſti / audiſti &c. Baptiſta de Nicolao. Optime cęlicolū ſuperis gratiſſime diuis. Verg. in. j. æneí. Inſequitur clamorqꝫ virū ſtridorqꝫ rudentū. Verg. in quinto. Cœleſtum vis magna iubet &c. Vergilius in. vj. Quæ gratia currum armorumqꝫ fuit &c. Vergilius in quarto. Caucaſus hyrcaneqꝫ admorunt hubera tigres.

## Metaplaſmi ſpecies ſexta: Apocope.

## Eſt apo. facta cope. quum quid de fine receſſit.

¶ Apocope nomen græcum latine abſciſio explanatur. Eſt enim literę vel ſyllabæ de fine dictionis ereptio vt meſenti ꝑ meſentij: & in reliquis genitiuis ſecundi declinatus. quorūꝫ nti in ius / per diuiſas ſyllabas finitur. vt Antonī / Vincenti / Laurē̃i &c. Item vlixi pro vlixis. & in alijs genitiuis tertie inflectionis. quorum n.. gręci vel hebręi in es terminantur ſicut Areſtoteli / Achilli / Ioanni &c. Itē die pro diei: & in paucis alijs gtīs ſingularibus. v. declinationis vt ſpecie / ꝓgenie / materię &c. Papi. lib. v. Meſenti feralis equos / per mœnia duxit. Verg. iiij. ęnei. Et terram altricē diri execrant vlixi. Vergi. j. geor. Libra die ſomniqꝫ pares vbi fecerit horas.

## Metaplaſmi ſpecies ſeptima: Ectaſis.

## Correptam vates producens ectaſin edit.

¶ Ectaſis vocabulum græcum latinę ꝓlongatio interp̄tatur. Eſt enī ſyllabe naturaliter correpte poetica ꝓductio. Manilius in. v. Incubuit pontus timuit naufragia tellus. Vergilius in p̄rio. Italiā quæro patriā & genus ab Ioue ſummo. Idē. Ibidē. Exercet diana choros quā mille ſequute. Quum vti naufragia

ſecundam ita italia & diana primam naturaliter corripiant.

## Metaplaſmi ſpecies octaua Syſtole.

**Productam ſi quis breuiat tibi ſyſtola fertur.**

¶ Syſtola vel ſyſtole dictio græca: latine breuiatio exponitur. Eſt eni; ſyllabę naturaliter ꝓducte metrica correptio. Horatius in epiſtolis. Dij tibi diuitias dederunt arteq; fruendi. Ver. in buc. Vno eodemq; igni noſtro ſic daphnis amore. Verg. multis in libris ęneidos. Obſtupui ſteteruntq; come & vox faucibus heſit. Quũ dederunt eodem & ſteterunt mediam ſyllabam naturaliter producant. Due iſte figuræ in vſum noſtrũ cõtrahẽda: non ſunt quia magnę indigẽt authoritatis vtpote quæ nunꝙ niſi a magno authore alicui⁹ grauitatis cã factæ probentur ſicut in noſtra arte verſificatoria dilucide oſtendimus.

## Metaplaſmi ſpecies nona: Diæreſis.

**Syllaba per geminas partita dięreſis extat.**

¶ Dięreſis dictio gręca: latine diuiſio dicit̃. Eſt eni vnius ſyllabę in duas metricã partitio vt aulai pro aulæ: pictai pro pictæ: aurai pro auræ. Vergili⁹ in. v. ęnei. Aulai in medio libabãt pocula bacchi. Ibidẽ. Preterea chlamydẽ pictai veſtis & auri. Idem in. vj. Ethereũ ſenſum atq; aurai ſimplicis ignẽ. de hac autẽ & ꝓxime ſequentibus figuris in prio libro noſtre artis verſificatorie affatim determinauimus proinde hic lemuſcule breuitati ſtudendum eſt.

## Metaplaſmi ſpecies decima. Synereſis.

**Syllaba de binis confecta ſynereſis eſto.**

¶ Synereſis vox græca: latine contractio reſoluitur. Eſt eni duarũ ſyllabarũ in vna carminis gratiã cõnexio vt pheton. deinde ꝑ duas ſyllabas & cui ꝑ vnã Verg. in buc. & phætõtiadas muſco circundat amare. Ibidẽ. Incipe dameta tu deiñ ſeqre menalca. Ibidẽ. Cui pendere ſua patereris in arbore poma.

## Metaplaſmi ſpẽs. xj. Ellipſis &. xij. Synalœpha.

**M. perit ellipſi vocalis abit Synalœpha.**

¶ Ellipſis nomẽ gręcũ: latine colliſio iterpretatur. Eſt eni M. litere cũ ſua vocali in fine dictiõis ad ſequentẽ vocalẽ eliſio. Synalœpha etiã vocabulũ gręcũ: latine abſumptio explicat̃. Eſt eni vnius vocalis in fine dictionis ad ſequentẽ vocalẽ colliſio. Verg. in. j. ęnei. Littora multum ille & terris iactatus & alto. Perſius ſat. ij. O curue in terras animę & cœleſtiũ ianes. Has autẽ duas figuras breuiter ſimul explico. tũ quia maxima inter ſe vicinitatẽ habẽt: tum quia de his ſatis ſuperq; in arte metrificatoria diſſerere memini.

## Metaplaſmi ſpecies decimatertia Antitheſis.

**Literulam mutans vox antitheſim tibi donat.**

¶ Antitheſis dictio græca: latine contraria poſitio refert. Eſt eni vnius litere pro altera in eadē dictione conſtitutio vt vpilio ꝓ opilio/olli ꝓ illi/magalia ꝓ magaria &c. Verg. in buc. Venit & vpilio tardi venere bubulci. Idē ī p̄rio ęnei. Olli ſubridēs diuū pater atq3 hominū rex. Idē. Ibidē. Miratur molē aeneas magalia quondā. Villam peni magar non magal appellant.

## Metaplaſmi ſpecies decimaquarta: Metatheſis.

### Eſt meta dicta theſis tranſmutans litera ſedem.

¶ Metatheſis vox greca: latine trāſpoſitio explanat. Eſt eni litere de vno loco dictionis in alterū trāſmutatio vt teucre pro teucer/tymbre pro tymber: euādre pro euander: quia in regulatis vocatiuis teucer/tymber euāder litera. r. ſequitur e. ſed in figuratis/teucre/tymbre/euandre precedit. Ouidius. iij faſtorum. Teucre ſub iliaco qui condis menia vallo. Vergilius. iij. eneidos. At tibi tymbre caput euandrius abſtulit enſis. Lucilius libro tertio. Quum natu3 aſpiceres quid tunc euandre putabas. Dicimus tamen vt in prima parte grammatices oſtenſum eſt & hic teucrus/tymbrus/euandrus. vnde vocatiui illi regulares eſſe poſſunt.

## Metaplaſmi ſpecies decimaquinta Parallaga.

### Prepoſitam vocem protheſea/parallaga mutat.

¶ Protheſea parallaga oratio græca: latine prepoſitionū tranſmutatio reſoluitur. Eſt enim vnius prepoſitionis pro altera vſurpatio. vt circa pro iuxta vel ꝓpe de pro in propter pro iuxta vel prope &c. Horatius de arte. Emilium circa ludum faber imus & vngues &c. Vergilius in. vj. Quis tam crudeles optauit ſumere penas. Cui tantum de te licuit &c. Baptiſta in buc. Arx noua propter aquas campo fundata paluſtri.

## Prioris capitis formula. iiij. de polyotheſi & eius ſexaginta ſpeciebus.

EX tribus his formā mixtim polyotheſis effert
Quā graphia & phaſis dirimūt variāte poeta.

¶ Quarta igitur huius capitis formula eſt polyotheſis q̄ latine pluralis poſitio explicatur. Eſt enim rerū vel dictionum vſurpatio que ſub nulla trium predictaru3 formularum reponi poteſt. licet hinc inde nonnihil participet & duo precipua habet mēbra: que ſunt graphia id eſt deſcriptio & phraſis id eſt elocutio de quib9 ſubiecte ſpecies ſexagita peculiarem agunt determinationem.

## Polyotheſis ſpecies prima: Topographia.

### Tunc topo fingo graphum ſedem quum ſcribo locorum.

¶ Topographia, dictio græca: latinę loci deſcriptio interpretatᷣ. Eſt enĩ cuiuſcunq3 loci de quo futurus eſt ſermo certa diffinitio. Baptiſta primo parthe. Ma. Eſt locus emonię macedonq3 ꝓpinquior aruis. Orchomenon dixere tenet modo vādala pubes. Verg. in. j. æneí Eſt loc⁹ heſperiā graij cognoīe dicūt Terra antiqua potens armis atq3 vbere glebę. Oenotrij coluere viri: nunc fama minores. Italiā dixiſſe ducis de noīe gentē. Idē in ij. Eſt in cōſpectu tenedos notiſſima fama. Inſula diues opum priami dū regna manebant. Graphia autē oēs ſyllabas hȝ breues: ꝓpterea cū dictiōe diſſyllaba vel triſſyllaba cōpoſita heroicū verſum refugit. Atq3 ideo noīe graphus. i. ſcriptor cū tmeſi. i. diuiſione & hic vſus ſum & poſthac ſæpe vtar rōne metri ita poſtulante.

## Polyotheſis ſpecies ſecūda: Chronographia.

Tu/chrono finge graphum ſcribendo tempora rerū.

¶ Chronographia vox græca: latine temporis deſcriptio explicatᷣ. Eſt enĩ certi tēporis in quo aliquid fit honeſta declaratio. Ver. in. j. ęnei. Vertitᷣ interea celum & ruit oceano nox. Idem in ij. Tempus erat quo prima quies mortalibus egris. Incipit & dono diuum gratiſſima ſerpit. Baptiſta prio pthe. M. Iam nocturna quies operas manuūq3 labores. Clauſerat & mollis per opaca cubicula ſomnus. Miſerat extinctis pallentes ignibus vmbras.

## Polyotheſis ſpecies tertia. Topotheſia.

Fictum quando locū ſcribo topo tunc theſis exit.

¶ Topotheſis vel topotheſia nomen gręcū latine localis poſitio explanatᷣ. Eſt enim ficti loci qui nuſꝙ inuenitur deſcriptio. Vergi. in prio ęnei. Eſt in ſeceſſu longo locus inſula portū. Efficit obiectu laterū quibus omnis ab alto. Frāgitur inq3 ſinus ſcindit ſeſe vnda reductos &c. Portus ille qui deſcribitur nuſꝙ ſcđm rei veritatē eſt in Libya. Lucreti⁹ lib. vij. Arduus arboribus mons circū textus oliuis. Aſyrias magno ꝑcinxerat agmine charas &c. Quum talis mōs in aſſyria nuſꝙ reperiatᷣ. Cornelius de vita alexandri. Sylua fuit miſeros q̄ deuaſtaret achiuos. Morbibus & fragiles crudis abrūperet artus &c. Quum talis ſylua nuſꝙ in græcia fuiſſe legatur.

## Polyotheſis ſpecies quarta: Coſmographia.

Coſmographus totum ſcripto diffiniet orbem.

¶ Coſmographia vocabulum græcum: latine mundi deſcriptio reſoluitᷣ. Eſt enim totius mundi proprietates breuiter explicās oratio. Prudentius de prouidentia dei. Ethera ſpiritibus concedit lumina ſtellis. Aera pennigeris ſquamoſis piſcibus equor. Et varios terre tractus mortalibus egris. Sic opus immenſum rector partitur olympi. Lactantius vltimo Inſtitutionuȝ. Quid igitur de deo ſupereſt dicere: qui celos angelis: aera volatilibus: equora piſcibus: ſaltuaria feris: terras hominibus: & omnia omnibus adamuſſim perfecteq3 compleuit. Vergilius in ſexto. Principio celum ac terras campoſq3 liquen=

tes Lucentēq3 globum lune/titaniaq3 aſtra. Spiritus intus alit: totamq3 infuſa per artus Mens agitat molem: & magno ſe corpore miſcet. Inde hominum pecudumq3 genus/viteq3 volantum: Et quæ marmoreo fert monſtra ſub equore ponthus.

## Polyotheſis ſpecies.v. Aetiologia.

Aetio condo logum cauſas vbi prebeo rerum.

¶ Aetiologia dictio græca: latine cauſe elocutio profertur. Eſt enim eorum quæ dicuntur cauſe redditiua oratio. Ouidius in faſtis. Vndam labra bibunt vndam quia vina negantur. Vergilius in.ij. æneí. Ad celum tendens ardentia lumina fruſtra. Lumina (nam teneras arcebant vincula palmas) Baptiſta i epi. Quando nequit manibus ſeſe canis ore tuetur. Logia autem omnes ſyllabas habet breues: atq3/ Ideo cum diſſyllabis vel poliſyllabis compoſita carmen nequit ingredi ſed logus/gi. eandem habet ſignificationem proinde nunc cū tme ſi nunc ſine illa pro metri commoditate id nominis vſurpauero.

## Polyotheſis ſpecies.vj. Echaſis.

Digreſſus rerum productior echaſis eſto.

¶ Echaſis vox græca: latine digreſſio dicitur. Eſt enim relicta materie ſubiecta ad quampiam alteram exornationis gratia prolixior euagatio/qualis eſt apud Vergilium de tempeſtate primo geor. Apud Lucanum de mōſtris primo pharſalie. Apud Lucretium de fluminibus libro.vij. Hic autē ſolos aſſignare locos ſufficere viſum eſt: ne in re clara equo prolixior fierē quodlibet nāq3 exemplorum plus quinquaginta verſibus complectitur.

## Polyotheſis ſpecies.vij. Antilogia

Antilogus dictis contraria dicta reponit.

¶ Antilogia nomen græcum: latine contraria locutio exponitur. Eſt enim alicuius interrogati per indignationem ab interrogante ipſo facta cōtraria reſpōſio Plautus in bacchi. Hoſce tu ferias: quos ne procul aſpectare quidem audis. Theren. in heauton. Huccine orabo: ne admittam quidem. Vergilius in buco. Cantando tu illum: nunq̄ tibi fiſtula cera iuncta fuit.

## Polyotheſis ſpecies.viij. Canchaſmos.

Si canchaſmos erit plane ridere videbor.

¶ Canchaſmos vocabulum græcum: latine cachinatio ſiue apert⁹ riſus explanatur. Eſt enim facte vel audite rei manifeſta diſſolutaq3 eriſio. Plautus i merca. Hin/hin/hin. bone vir quid ais The. in eunucho. Ha/ha/ha/he. factum bene. Apuleus de magia/ho/ho/ho. quid acciderit vide.

## Polyotheſis ſpecies.ix. Apophaſis,

Reſponſum obiectis probris apo. vult phaſis edi.

¶ Apophaſis dictio græca latine reſponſio vel excuſatio refertur (Apologiam multi vocant) Eſt enim ad obiectam vituperationē purificatoria reſponſio Hieronymus ad Iouinianum. Nos temeritatis & inconſtantie arguis/verum ſi vt

decet vniuerſa perpenderes plurime nos aſcribendos conſtantie deputares/quã ab rectitudine fidei non niſi cauſa poſtulante deflectimur. Plautus in aſinaria. Opinionem tuam prorſus a me remotam volo/quæ enim videris ſuſpicari falſa ſunt omnia depeculari volo quicq̃ nemini. Vergilius i bucco. Vbi vnus adoleſcentu3 obiicit. Non ego te vidi damonis peſſime caprum excipere inſidiis multum latrante liciſca &c. Reſpõdet alter. An mihi cantando victus non redderet ille. Que3 mea carminibus meruiſſet fiſtula caprum &c.

## Polyotheſis ſpecies.x.Cacoethos.

Q num ſcelerum morem ſcribo cacoethos habetur.

¶ Cacoethos vox græca: latine malus mos interp̃tatur. Eſt eni peruerſe conſuetudinis odioſa deſcriptio. Paulus ad ro. Creteſes mendaces/male beſtie/ ventres pigri &c. Iuuenalis ſatyra. iiij. Exul ab octaua marius bibit & fruitur diis Iratis quid enim ſaluis infamia nummis &c. Baptiſta i buco. Femina ſẽp hyems atq3 intractabile frigus. Aut canis ardentes contriſtat ſydere terras Temperiem nunq̃: nunq̃ mediocria curat &c.

## Polyotheſis ſpecies.xj.Cathacriſis.

Eſt catha facta chriſis: quẽquam ſi crimine damno.

¶ Cathacriſis nomen græcum latine ſecundum iudicium reſoluitur. Eſt eni iudicialis ſententie de alicuius pena vel crimine prolatio. Prudentius in eucharíſtico. Quaſlacũq3 luant homines peccata merẽtur. Baptiſta.ij.parthe. Ma. Patres vt amauimus ipſi. Sic noſtrum nos ſemen amat. Taxamur eodem iudicio &c. Vergilius in.vj.æneidos. Cum pendere penas Cecropide iuſſi &c. Cathacriſis autẽ habet oĩs ſyllabas breues propterea nobis tmeſi opus fuit.

## Polyotheſis ſpecies.xij. Apotheoſis.

Tunc apo. fit theoſis ſiquem deitate decoro.

¶ Apotheoſis vocabulum græcum: latine deificatio explicatur (canonizationem vulgus appellat) Eſt ei alicuius mortalis in deos relati narratio. Ouidius de triſtibus. Maximus alcides genitoris ſydera ſcãdit. Vergilius in buco. Cãdidus inſuetum miratur limen olympi/ ſub pedibuſq3 videt nubes & ſydera daphnis. Baptiſta . . imo parthe. Ma. Poſt vbi tempus erit lateri cõtermina noſtro. Fiet & ingentes mundi tractabit habenas. Apotheoſis autẽ quinq3 ſyllabas habet breues atq3 ideo ſine diuiſione verſum heroicum nequit ingredi.

## Polyotheſis ſpecies.xiij.Catalogus.

Tu cata finge logum ſeriem numerumq3 loquendo.

¶ Catalogus dictio græca: latine numeratio exponitur. Eſt enim aliquarum rerũ3 certa ſerie numeroq3 recitatio. Ouidius in epi. Tres ſumus imbelles numero ſine viribus: vxor. Laerteſq3 ſenex: telemachuſq3 puer. Bernardus in meditationibus. Sunt tria quæ vere faciunt me ſepe dolere. Eſt primu3 durum go

noſco me moriturum. Ex hinc formido quia tẽpus neſcio quando. Deinde magis trepido quia neſcio quo remeabo. Cicero de fatis. Eum quem diximus philoſophum gratias trium dijs egiſſe accepimus. Primum ꝙ homo non beſtia/ deinde ꝙ vir non femina/poſtremo ꝙ græcus non latinus eſſet.

## Polyotheſis ſpecies.xiiij.Elogium.

Dedecus aut decus elogium teſtatur aperto.

¶ Elogium vox græca latine teſtificatio reſoluitur. Eſt enim alicuius dicti vel facti ſiue laudabilis ſiue vituperabilis de aliquo manifeſta certificatio. Lactantius vltimo inſtitutionum. Sardanapali accepimus fuiſſe epitaphiū/ Ede/ bibe/lude/poſt mortem nulla voluptas. Vergilius de ſeipſo. Mantua me genuit calabri rapuere tenet nunc. Parthenope cecini paſcua rura duces. Baptiſta contra impudice ſcribentes. Propterea merito pro vate vocabere leno. Elogio ſceleri conueniente tuo.

## Polyotheſis ſpecies.xv.Genealogia.

Tunc genea eſt o logus generis quum ſcribitur ordo.

¶ Genealogia nomen græcum latine generationis ſermo refertur. Eſt enī alicuius progeniei certa deſcriptio. Baptiſta primo parthe. Ma. Tres triplici partu marias/tribus anna maritis. Progenuit ſanctum & ſummo genus ethere dignum. Prima deo ſacros partus dedit altera natos. Quatuor alpheo Iudā Simona Iacobum. Et qui iuſticie clarum cognomen habebat. Tertia de natis tibi quos Zebedæe duobus. Edidit ad calpen vnum tranſmiſit & vnus. Vnus a maionijs epheſi ſepelitur in aruis. Vergilius in nono. Hunc fauno & nympha genitum laurente marica. Accipimus: fauno picus pater iſq; parentem. Te ſaturne refert &c. Matheus capite primo. Liber generationis Ieſu Chriſti filij dauid filij abraam. Abraam genuit Iſaac. Iſaac autem genuit Iacob &c. quæ ſequuntur.

## Polyotheſis ſpecies.xvj.Genethliacum.

Dico genethliacum ſi quod natale citetur.

¶ Genethliacum vocabulum græcum latine natalis mētio dicitur. Eſt enim alicuius natiuitatis certa deſcriptio ſicut/polyonis apud vergilium egloga.iiij. Alexandri apud Cornelium lib.vij. Chriſti apud lucam capite.ij. de hac autē figura nihil aſſigno exemplorum quia id facere volenti non exemplis particularibus ſed plenis voluminibus peropus eſſet.

## Polyotheſis ſpecies.xvij.Machia.

Ex machia varias poteris componere formas.

¶ Machia dictio græca latine pugna vel certamen reſoluitur/ & ſecundū multiplicē quā habet cōpoſitionē diuerſā cōſtituit figurā. Nā monomachia ē vnius cū vno ſingulare certamē/ quale Ver. vltimo ęnei. iter ęneā & turnū deſcribit

Naumachia eſt ſiue duorum. ſiue plurium nauale prelium / quale Lucanus in iiij. Inter macilienſes & romanos. Quale Vergilius in quinto. Inter troianos & ſiculos. Quale Liuius in. iij. Inter Auguſtum & Antonium diffinit. Gygãtomachia eſt multoruꝫ gygantum conflictio/ qualis ab Lactãtio in terra babilonie. Qualis a Vergilio in campis macedonie/ qualis ab homero in montibus ſicylie: quõdam fuiſſe memoratur. Alij perq̄ multi ſimiles modi huc poſſent adduci. Sed breuitatis amator ſum neqꝫ vero alia huius rei exempla ſculco: quia equo prolixiora ſunt. Cui auteꝫ ea videre placebit aſſignatos a me locos ſtudioſe perluſtret.

## Polyotheſis ſpecies. xviij. Syllogiſmus,

## Concludit ſyllogiſmus per plurima ſenſum.

¶ Syllogiſmus vox græca: latine computatio profertur. Eſt enim vnius ſententie ex duabus vel pluribus p̃miſſis cõcluſio. Cicero in antho. Homicidam omnem extremo a ſficiendum ſupplitio patres circunſcripti ſemper putarūt. At vero hic quo/de/loquor raptore depilatis vndiqꝫ rebus ſeptem, vna nocte preſtantes vita & ingenio viros extinxit. Vnde fit vt minori pena q̄ ceteri non debeat mulctari. Perſius ſatyra. v. An quiſq̄ eſt alius liber niſi ducere vitam. Cui licet vt voluit: licet vt volo viuere non ſum. Liberior bruto. Ac ſi aperte argumentaretur. Omnis homo cui licet viuere vt vult/eſt liber/ſed ego ſum homo cui licet viuere/vt volo ergo ego ſum liber. Vergilius primo æneidos. Namqꝫ haud tibi vultus. Mortalis nec vox homineꝫ ſonat: o dea certe. Ac ſi manifeſte diceret. Tu neqꝫ humanam habes formã neqꝫ humano vteris ſermone | ergo certe non humana virgo ſed celeſtis dea es.

## Polyotheſis ſpecies. xix. Enthymema.

## Ex vno quod vult mox enthymmema reponit.

¶ Enthymema nomen græcum: latine commentatio dicit̄. Eſt enim vniᵘˢ ſententie ex vnica altera concluſio. Lactãtius de iudeis. Chriſto nõ viuis ergo diabolo viuis. Cicero de cathilina. In furto dep̄henſus eſt, quo igitur alio q̄ furis vel raptoris nomine dicetur. Suetonius de cæſaribus. Honoreꝫ ſeruare nõ erat cure: in dedecus ergo lapſus eſt ſine medio. Hic auteꝫ epentheſim (ne mireris) factam oportuit.

## Polytheſis ſpecies. xx. Oeconomia.

## Oeconomus dicor quum iura domeſtica tracto.

¶ Oeconomia vocabulum græcum: latine domus lex explanatur. Eſt eni domeſtice rei certa diſpenſatio. Hieronymus ad celantiam, Deum imprimis adora: coniugem (vt te ipſam) cura/liberos cum modeſta oportunaqꝫ correctione ama/& ita totius familie prudenti diſpenſatione curam guberna. Auguſtinᵘˢ de doctrina chriſtiana. Deum venerare/opus manuum operare/corpus/potu/ciboqꝫ refice. Ad ſobrietatem dormi/& in his quæ Chriſti ſunt poteris perficere. Vergilius in. vj. Tu regere imperio populos romane memento. (He tibi erunt artes) paciqꝫ imponere morem. Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos Neminem autẽ (preter inuiduꝫ) id vitio dare arbitror q̄ Oeconomus p̄ oeco-

nomia in textu protulerim quia & hic & in aliis locis prope ĩfinitis multa cõtra legem efficere metro poſtulante compellimur.

### Polyothesis ſpecies.xxj.Palillogia.

Dico palillogiam quum quid replicatur honeſto.

¶ Palillogia dictio greca:latine iterata locutio ꝓfertur. Eſt enim eiuſdem rei vel dictionis venuſta replicatio. Papinius in ſyluis. Nos fuimus troes fuim⁹ ſors tranſtulit argos. Baptiſta in epigrammatis. Leta dies/ leta illa fuit: mors improba vertit. Vergilius.ij.eneidos. Arma viri ferte arma/vocat lux vltima victos.

### Polyothesis ſpecies.xxij.Stratagema.

Militiæ ritum lepido Stratagemate pando.

¶ Stratagema vox græca:latine lex militaris interpretat̃. Eſt eñi egregie alicuius militie honeſta deſcriptio. Qualis eſt apud Lucanũ in.iiij. Apud Vergilium in quinto. Apud Liuium in ſecundo. querantur exempla volẽti. breuitatis enim limitem tranſgrediuntur.

### Polyothesis ſpecies.xxiij.Paradoxon.

Miris lecta modis ſententia ſit paradoxon.

¶ Paradoxum nomen græcum:latine preter opinionem (ſcʒ vulgi) explicat̃. Eſt enim alicuius ſententie vere/ contra vulgi opinioneʒ miranda ꝓlatio. Auguſtinus.iij.de ciuitate dei. Quo te quiſqꝫ ardentius opprimit eo ipſum feruentius amare teneris: ſi cum Chriſto viuere diſpoſueris &c. Saluator apud Mattheũ. Si dederit tibi inimicus alapaʒ in vna gena prebe ei & alteram. Vergilius in.ix. Quicquid erit ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt.

### Polyothesis ſpecies.xxiiij.Epauxeſis.

Ordine res multas qui iungit epauxeſin edit.

¶ Epauxeſis vocabulum græcum: latine magna creſcentia reſoluitur. Eſt enĩ ſententiarũ vno cõtextu ordinatarũ ſtudioſa augmentatio. Lactan. de iudeis Chriſtum ne blaſphemas quẽ ore diligere/animo amare/ reuerentia colere/timore demirari/ & cultu adorare debes. Quĩtilianus.iij.inſtitutionũ. Primũ hic fur. & latro/deinde graſſator & predo. Poſtremum vero (vt nihil intentatũ relinqueret nequitie)parricida quoqꝫ eſſe occepit. Cicero ad Lentulũ Pompeium & hortari & orare/ & iam liberius accuſare: & monere/ vt magnã infamiam fugiat: non deſiſtimus.

### Polyothesis ſpecies.xxv.Phyſiologia.

Phyſio dans logiam nature propria ſcribo.

¶ Phiſiologia dictio greca:latine naturalis ſermo explanat̃. Eſt enim alicui⁹ grauis ſententie per naturalem ſimilitudinẽ declaratio. Boetius primo de conſolatione. Nubibus atris. Cõdita nullum. Fundere lumen. Sydera poſſunt. Gaudia pelle. Pelle timoreʒ. Speqꝫ fugato. Nec dolor adſit. Nubila mens eſt. Vinctaqꝫ frenis. Hæc vbi regnant. Horatius in odis. Albus vt obſcuro deter

get nubila celo. Sæpe notus nec parturit imbres. Perpetuos ſic tu ſapiens fini re memento. Triſtitiam viteq; labores. Vergilius in.ij.æneid. Improuiſum aſpris veluti qui ſentibus anguem. Preſſit humi nitens/ trepiduſq; repente refugit. Attollentem iras & cerula colla tumentem. Haud ſecus androgeos viſu tremefactus abibat.

### Polyotheſis ſpecies.xxvj.Epicherema.

Eſt epicherema argumentum cum ratione.

¶ Epicherema vox græca: latine conamen ſiue labor profertur. Eſt enim alicuius argumenti cum ſua ratione formatio. Areſtoteles in libro de animalibꝰ Homo eſt mortalis: ergo eſt corruptibilis: quia om̄is mors corruptio quedā eſt. Boetius.iij.de cōſolatione. Status eſt oīm bonorū perfectione aggregatꝰ ergo felicitas eſt: quia beatum diffiniunt: cui nulla ex parte quicꝙ deeſt. Cicero de natura deorum. Diuinitatis compotem accepimus: vnde fit vt vel vltro aras illi ſtruxerimus ſuum quippe honorem deitas omnis efflagitat.

### Polyotheſis ſpecies.xxvij.Problema.

Preponens ſimul & quęrens problemate fungor.

¶ Problema nomen grecum: latine ꝓpoſitio vel pretextus dicit. Eſt enī poſt alicuius ꝓpoſitionis egregiā ſententiā efficax interrogationis annexio. Prudentius de iudeis: Chriſtū quiſqs amat toti pergratus olympo eſt. An ne putas alium poſſe quiete frui? Baptiſta in epigrammatis: Intima diuerſo variantur pectora motu. Quem noſtri pariles ſemper habere modos? Cicero in Claudium. Honeſtatis lumen qui intuetur laudant omnes. Secus autem qui hominis gloria permanere poſſit?

### Polyotheſis ſpecies.xxviij.Epiphonema.

De rerum ſumma exclamans epi condo phonema.

¶ Epiphonema vocabulum grecum: latine inclamatio vel admiratio exponitur. Eſt enī alicuius tam enarrate hiſtorie admirabunda exclamatio. Baptiſta de nicolao. Tātas imenſo ſaluauit robore gētes. Horatius de arte poetica. Tātum ſeries iuncturaq; pollet. Vergl.in primo. Tante molis erat romanā condere gentē. Tmeſin autē ſiue interpoſitionē in textu fecit: quia nomen aliter carmen nequit ingredi.

### Plyotheſis ſpecies.xxix.Epicedion.

Defunctum ante ſolum plangens epicedion edo.

¶ Epicediō vox grecā: latine ante vel prope cadauer explanatur. Eſt enī alicuius defuncti nondū humati deploratio. Mattheus in euuā. Et ecce velū tēpli ſciſſum eſt in duas partes a ſummo vſq; ad deorſum: & terra mota eſt: & petre ſciſſe ſunt: & monumenta aperta ſunt: ſc; Chriſto iā mortuo in cruce pendenti. Sedulius de paſſione. Oīa luxerūt obeunte creata tonāte. Vergi. in bu. Extinctum nymphe crudeli funere daphnim. Flebant &c.

### Polyotheſis ſpecies.xxx.Epitaphium.

Hic epidat taphium qui iam deplorat humatum.

¶ Epitaphium dictio graca:latine prope vel iuxta ſepulturam explicaẽ. Eſt eni defuncti iã humati publica cõqueſtio. Baptiſta in bu. Hic tegiẽ virgo cui nil quin diua vocari. Debuerit deerat:niſi dura fuiſſet amãti. Lucreti⁹ lib.iij. Hic iacet hic cyron magni prgceptor achillis. Cui quondã fuit explicitum tu gcquid apollo. Condideris &c. Verg. i bu. Daphnis ego in ſyluis hinc vſq₃ ad ſydera notus. Formoſi pecoris cuſtos formoſior ipſe. Tmeſi autẽ in textu mihi opus fuit:quia omnẽs ſyllabg dictionis/epitaphium/breuiande ſunt.

## Polyotheſis ſpecies.xxxi.Epithalamium.

Tunc epi do thalamum quando connubia ſcribo.

¶ Epithalamiũ nomen græcu₃:latine iuxta thalamũ(id eſt genialem lectũ) exponitur. Eſt enim alicuius cõnubij iucunda magnificaq₃ deſcriptio:vt eſt apud Statium/Catulum/ Auſonium/& complures alios. Exempla hic nõ po no:quia libri ſunt. In textu autem Tmeſim & ſincopa₃ feci:quia dictio epithalamium omnes ſyllabas habet correptas.

## Polyotheſis ſpecies.xxxij.Protrepicon.

Protrepicon faciens exhortatoria pandis.

¶ Protrepicõ vocabulum græcum:latine eruditio vel exhortatio dicitur. Eſt eni alicuius certe inſtructionis honeſta traditio:Sicut apud Boetiũ de diſciplina(modo Boetius ſit illius author)apud Catonẽ puerorũ:apud Senecã de virtutibus & alios ꝙpluſimos quorum exempla hic pretermittuntur quia libri ſunt.

## Polyotheſis ſpecies.xxxiij.Propempticon.

Si comitatiuum quicq̃ edo propempticon eſto.

¶ Propẽpticon vox græca:latine comitatio vel aſſecutio profertur. Eſt enim alicui⁹ carmis vt quẽpiam comitetur exhibitio. Baptiſta in buc. Vade malis auibus nunꝙ rediturus auare. Sedulius de Iudeis. Illud habe miſer & ſtygio merſare baratro. Perſi⁹ I.nũc Dinomaches ego ſum/ ſuffla ſu₃ cãdidus eſto.

## Polyotheſis ſpecies.xxxiiij.Epinicion.

Scribo triumphales actus epinicion eſto.

¶ Epinicion dictio græca:latine circa vel ſecundu₃ victoriam explanatur. Eſt enim alicuius victoris laudaticiũ carmẽ:quale eſt homeri de Vlixe. Lucani de Pompeio:Vergilij de Aenea.

## Polyotheſis ſpecies.xxxv.Epimone.

Eſt epi facta mone quum verſus ſæpe iteratur.

¶ Epimone nomen græcũ:latine inſiſtẽtia vel aſſiduitas exponiẽ. Eſt eni eiuſdem verſus(qui intercalaris diciẽ)eodẽ in poemate frequens repetitio qualis eſt apud Baptiſtã de morte contẽnenda. Quid meres fatũq₃ times oblita tui mẽs. Stulta qd̃ hoc tñ debile corp⁹ amas. Qualis ẽ apd̃ Maronẽ i bu. Incipe menalios mecũ mea tibia verſ⁹. & ruſ⁹ ibid. Ducite ab vrbe domũ mea carmina



TECA UNIVERSITA

dacite daphnim. Epimone, autem tres primas ſyllabas correptas habet atq; ideo verſu heroico nequit integre concludi.

### Polyotheſis ſpecies.xxxvj. Antypophora.

Anty dabis pophoram reſpondens obijciendis.

¶ Antypophora vocabulu; græcum: latinę contra obiectionem explanatur. Eſt enim ad tacitam quęſtionem cum ſolutione reſponſio. Perſius in plogo. Ipſe ſemipaganus. Ad ſacra vatu; carmen affero noſtru;. vbi quiſpiā ſciſcitari poſſet/cum ſis adhuc ſemipaganus quomodo ſcribere tentas reſpōdet. Quis expediuit pſithaco ſuum chere. Ouidius in faſtis. Sum pius heu doleo nā mihi ſæpe nocet. Si quis enim quærat quare doles te eſſe pium reſpondet. Nā eſſe pium mihi ſæpe nocet. Sedulius de cruce. Omnibus o totum crux eſt veneranda per æuu;. Mentibus eternos nā dedit eſſe dies. Vbi verſus poſterior dat rōnē prioris. Antypophora autē oēs ſyllabas dēpta prima corripit ergo &c.

### Polyotheſis ſpecies.xxxvii. Proſapodoſis.

Quum proſa ſit podoſis rationibus omnia firmo.

¶ Proſapodoſis vox græca: latinę ad aliquid poſitio explicatur. Eſt enī in aliqua ꝓpoſitione ad eorū q̄ dicuntur ſingula rōnis aſſignatio/ ſiue hoc ſingulatī ſiue ſeparati efficiat̃. Lactanti⁹ de ſummo bono. Chriſtū nō horreo: quia pa eſt. Patris autē eſt amare filium. Non timeo: quia frater eſt. Fratris autē eſt diligere fratrem. Non formido: quia redemptor eſt. redēptoris autē eſt conſeruare redēptum. Antonius in Ciceronē. Neq; accuſatorem eu; metuo: q ſum inocens: neq; cōpetitorē vereor: qui ſum Antonius: neq; conſulē ſpero: q eſt Cicero. Brutus de dictatura. Cnei Pompeij. Preſtat enī nemini imperare ꝙ alicui ſeruire: ſine illo enim viuere honeſte licet: cū hoc viuendi nulla cōditio.

### Polyotheſis ſpecies.xxxviij. Diexodos.

Ad rem ſuſceptam remeare diexodos optat.

¶ Diexodos nomen græcū: latinę reſumptio vel reuerſio dicitur. Eſt enim digreſſione facta ad ſubiectam materiam redditio. Lactantius vltimo inſtitutionum. De hoc ſatis ſupera; dictū ad rem ipſam quæ ſuſcepta eſt reuerti iubet oratio. Baptiſta in faſtis. Sed quo mente vagor video mea longior equo eſt. Extaſis: Ad ſancti feſtu; redeamus hilari. Lucretius libro nono. Iam ſatis excurſum eſt: ſtadium repetamus oportet.

### Polyotheſis ſpecies.xxxix. Aphodos.

Eſſe aphodon dices quando dubitatio ſurgit.

¶ Aphodos dictio græca: latinę ambiguitas interpretat̃. Eſt enim multarū rerū quæ potiſſimum fieri aut dici debeat dubitatio. Papinius in ſyluis. Eloquar an ſileam celi ne extrema reuiſam. Baptiſta in epigrammatis. Heu quid agam ſocioſne petam caſus ne ſubibo: Cicero in epiſtolis. Offuit eo tempore

plurimum reipublice ſiue ſtultitiam/ſiue nequitiam dicere oporteat ſiue poti⁹ vtramq₃.

### Polyotheſis ſpecies.xl.Idiophaſis.

Idio condo phaſin cum verba reciproca dico.

¶ Idiophaſis vocabulum græcum: latine propria locutio explicatur. Eſt enim reciproce conſtructionis viurpatio. Papinius in ſyluis. Me mea cura premit mea me veſania plectit. Baptiſta in epi. Te tua noxa grauat: tua te dementia torquet. Lucilius.lib.vij. Hunc ſua tegna capit ſuus hunc malus ambitus angit. Idiophaſis tres medias ſyllabas corripit proinde heroico verſu itegre nequit concludi.

### Polyotheſis ſpecies.xlj.Allophilis.

Allo dabit philim qui nulla reciproca ponet.

¶ Allophilis vox greca; latine aliena gēs vel natio exponitur. Et enim cōſtructionis non reciproce inductio. Sedulius de paſſione. Omnia qui fecit propria nos morte redemit. Baptiſta de morte contem. Deſine triſtari nō poſſidet omnia fatum. Vergilius.j.æneid. Arma virumq₃ cano &c. Allophilis autem ſecundam breuem & tertiam productam habet ergo &c.

### Polyotheſis ſpecies.xlij.Paraſiopeſis.

Eſt para facta ſiopeſis quum nota ſilentur.

¶ Paraſiopeſis nomen græcum: latine preoccupatio enodatur. Eſt enī alicui⁹ rei note in augmentationem laudis vel vituperij ſimulata tranſitio Hieronymus ad Iouinianum. Tue autem hereſeos flagitia quæ ſolis grata demonib⁹ eſſe poſſunt recenſerem niſi ſole clariora iampridem omnibus enoteſcerent. Cicero in catilinam. Cogis me iniurie tue cauſam proferre: nihil agis. Nō dicā ſed ipm tēpus eam pateſaciet. Cicero in Antoniū. In preſentia iudices in iuſſu populi: q̄ improbiſſime geſſerit reticebo. De falſis eius literis quas ad ſenatu₃ miſerit nihil dicā. Quod illi ſæpe interminati eſtis omittam. Nā & hæc vobis nota ſunt/ & quæ nouiſſime multo indigniora cōmiſit q̄primū cognoſcenda.

### Polyotheſis ſpecies.xliij.Proſopopœia.

Quando proſopopœia ſonat perſona nouatur.

¶ Proſopopœia dictio greca: latine perſone fictio reſoluit. Eſt enī rei animate ad rem inanimatam accōmodatio. Ouidius ad librū. Parue nec inuideo ſine me liber ibis in vrbem. Horatius etiā ad librū epiſtola vltima. Vertumnu₃ ianūq₃ liber ſpectare videris. Perſius ſiir ſatyra.j. Vidi vidi ipſe libelle Auriculas aſini &c. Hec figura paſſim apud authores multis modis comperitur vtpote quoties vel homo ad rem inanimatā loqtur vel res inanimata loquēs introducitur. Proſopopœia aūt per quinq₃ ſyllabas in textu debet enunciari.

### Polyotheſis ſpecies.xliiij.Mimeſis.

Alterius dictum repetens effingo mimeſim.

¶ Mimeſis vocabulum græcum: latine effictio dicitur. Eſt enī alterius dicti indignabunda reſumptio: vt apud Plautum meretrix de amatore. Quid hic toties mihi ait nūmos perſolui perixelideꝫ lauream erogaui. Catellam dono dedi quaſi factum mutet Lucretius libro nono. Mente tenax habeo quod ais mucrone necabo. Terent. in Andria. At ego neſciebam quorſum tu ires par=uula hinc eſt abrepta: eduxit mater pro ſua ſoror dicta eſt: cupio abducere vt reddam ſuis.

### Polyotheſis ſpecies. xlv. Epanodos.

Quando loquor vocem repetens epanodos habetur.

¶ Epanodos vox græca: latinę iterata via proferꝰ. Eſt enī eiuſdē vocis in ora=tione repetitio. Cicero in officijs. Principatus bonus eſt: non bonus autem ꝗ in tyrannidem commutatur. Idem primo rhetoricorum. Magnus eſt labor di=cendi: magna eſt res. Quintilianus. ij. de oratore. Rem quippe executus es/ non autem rem quæ incumbebat.

### Polyotheſis ſpecies. xlvj. Paradiaſtole.

Augens oppoſito para facta diaſtola fertur.

¶ Paradiaſtole nomen græcū: latine exaugens trallatio vel diſtinctio reſolui=tur. Eſt enī alicuius rei per ſuū oppoſitum augmētatio: vt ſi pro liberali ꝓdigū: pro illiberali benignū: ꝓ libidinoſo caſtū: vel e diuerſo dixeris. Terē. in heaut. Purū certe memoras hoiem. Plaut. in baccidibus. Tā deeſt auaro qđ habet ꝙ qđ non habet. Quinti. vij. de oratore. Nullū eſt ſub celo vitium quod tibi cum gloria compares. Trineūm autem in textu feci ratione iam ſæpius dicta.

### Polyotheſis ſpecies. xlvij. Hyphen. & xlviij. Diaſtole.

Hyphen coniungit ſed verba diaſtola partit.

¶ Hyphen dictio græca: latinę ſubunio dicitꝰ. Eſt enim accentus imutatio ne pluralitas dictionū eſſe videatur: vt in his fieri ſolet: ſurſum/deorſum/ retror=ſum/ Deinde/ deinceps/ propterea & ſimilibus. Sed diaſtole etiam dictio gręca latine diſtinctio effertur. Eſt enim dictionū ab inuicem ſeparatione cōpoſitio eſſe male videatur; vt in his fieri cōſueuit Kyrie eleyſon. Halleluya h. Oſan=mna &c. Hic autem multam authorum allegationē non niſi conſulte pretere=mitto quia de his inter accentus capite vltimo. tertie partis grāmatices ſuf=ficienter diſſerere memini.

### Polyotheſis ſpecies. xlix. Hendiadis.

Hendiadis fixum coniunctum vt mobile ponit.

¶ Hendiadis vox gręca: latine vnū in diuerſa exponitur. Eſt enī nominis ſub=ſtantiui cū cōiunctione copulatiua loco adiectiui vſurpatio. Vergi. j. eneidos. Molemqꝫ & montes inſuper altos. Impoſuit: id eſt molem montoſam. Ideꝫ in tertio. Pateris libamus & auro: id eſt pateris aureis. Idem. iiij. Chalybes fre=noſqꝫ momordit: id eſt chalybeos frenos. Sic Cicero primo officiorum ipri=mis cauēdū eſt; ne ab honeſtate naturaqꝫ diſcedas. i. ab honeſtate naturali.

## Polyotheſis ſpecies.l.Hypallage.

Accipiens dare vel contra tibi hypallaga dicit.

¶ Hypallage vel hypallaga vocabuluꝫ græcum:latine ſubmutatio explanaẽ. Eſt enim vel accipientis ꝓ dante vel dantis ꝓ accipiente vſurpatio. Baptiſta de alphõſo. Equoreas/timidis exponit nauibus vndas. pro exponit naues vndis Lucreti⁹ libro.v.Ventos ferte rati cõmittite puppib⁹ vndas. ꝓ ferte rates vẽtis & cõmittite puppes vndis. Idẽ libro.ix.Quiſquis adhuc manibus ferulas pbes cape legem ꝓ pbes manus ferulis.i.diſcipulus ſubditusqꝫ adhuc es.

## Polyotheſis ſpecies.lj.Liptote.

Quũ plus ſignifico q̃ dico liptote habetur.

¶ Liptote nomen grecum:latine defectio exponitur. Eſt enim minoris ſignificantie ꝓ maiori vehemẽtioriqꝫ vſurpatio. Plautus in mercatore non parũ te perpol diligo.i. multum. Ouidius in epiſtolis. Munus non ſperno dulcis amice tuũ: id eſt vehementer laudo. Vergilius in ſexto. Diſcite iuſticiã: moniti & non temnere diuos:id eſt maxime reuereri.

## Polyotheſis ſpecies.lij.Antitheton.

Antitheton vult inter ſe contraria necti

¶ Antitheton dictio græca:latine cõtrapoſitio profertur. Eſt enim dictoruꝫ aut iniarũ inter ſe contrariantiũ iuncta ꝓlatio. Cicero in Cati. Vicit pudoreꝫ libido|timorẽ audacia. Plini⁹ iunior in epiſtolis. Odit populus romanus priuatã luxuriã:publicã magnificentiam diligit. Ouid.in.j.met. Frigida pugnabant calidis:humentia ſiccis. Mollia cũ duris ſine pondere habentia pondus.

## Polyotheſis ſpecies.liij.Erotema.

Mandat erotema quod ſit mirabile quæri.

¶ Erotema vox greca:latine interrogatio dicitẽ. Eſt eni de aliqua re mirabili facta quæſtio. Baptiſta de morte contemnenda. Ignea quũ tibi ſit vis & cœleſtis origo. Quid cupis hac lutea degere clauſa domo? Lucanus in primo. Quis furor o ciues:quę tanta licentia ferri. Gentibus inuiſis latium prebere cruorem? Vergilius in.vj.Quis tam crudeleis optauit ſumere penas.Cui tantum de te licuit &c.

## Polyotheſis ſpecies.liiij.Epexegeſis.

Claudit epexegeſis aperto dicta relatu.

¶ Epexegeſis vocabulum græcũ:latine ſuperiorum expoſitio explicatur. Eſt enim multorũ quę dicta ſunt breuis in fine concluſio. Baptiſta in bucolis. Sũma hæc vitales auras inuitus agebam. Idem in fine opuſculi de morte contẽnenda. Ergo libens & ſponte pedẽ trãs limina mortis. Porrige/ nec fati nomẽ inane time. Verg.in.iiij. Nauiget hæc ſumma eſt hic noſtri nuncius eſto.

## Polyotheſis ſpecies.lv.Emphaſis.

Plurima pronomen demonſtrans emphaſis eſto.

¶ Emphaſis nomen græcum: latine demonſtratio reſoluitur. Eſt enim alicuius magne laudis vel vituperij p̄ p̄nomen demonſtratiuū oſtenſio. Vergil. in bucolicis. Ille meas errare boues: vt cernis & ip̄m. Ludere que vellez calamo permiſit agreſti. Ille inquit imperator / dn̄s / rector / iuſtus liberalis fortis & ſimilia. idem in primo æneid. Ille ego qui quondam gracili modulatus auena. Carmē &c. Ille ego dicit Vergilius poeta egregius &c. Idem in ſexto. Hic vir hic eſt tibi quem promitti ſepius audis. hic ait imperator præſtātiſſimus pijſſimus & omnium fortiſſimus.

## Polyotheſis ſpecies. lvj. Parelcon.

Senſibus integris vox eſt adiuncta parelcon.

¶ Parelcon dictio greca: latine prolōgatio explanatur. Eſt enī ſupra integrū ſenſum ſyllabe vel dictionis adiūctio. Apuleius in ſuo ſibi peruoluta ſanguine diſperijt. Terē. in Andria. Adeldū paucis te volo. Idē in Eunuch. Suo ſibi gladio hunc iugulo. In quibus exēplis particule ſibi / & / dū / parelcon faciunt: quia nihil ad ſententie perfectionem conferunt.

## Polyotheſis ſpecies. lvij. Peripleroma.

Omne ſuperuacuum metri peripleroma fertur.

¶ Peripleroma vox greca: latine pluſq̄ perfectū exponitur. Eſt enī dictionis vel ſyllabe ad cōplementū metri ſuperuacanea inculcatio. Horatius in epiſtolis. Quid mihi celſus agit monitus multumq3 monendus. Priuatas vt querat opes &c. Ouidi⁹. vij. metamor. Haſce perpetuis libauit fontib⁹ vndas. Baptiſta in epigrāmatis. vnde necē ſumas queſo quid amarier optas. In quibus exemplis tres. Particule mihi: ce: & er: peripleroma conſtituūt quia nihil ad rem faciunt niſi vt carmen expleant.

## Polyotheſis ſpecies. lviij. Euphonia,

Ob dulcem ſonitum voces euphonia mutat.

¶ Euphonia nomen græcū: latine bona vox interpretaē. Eſt enī bone ſonoritatis gratia facta vocis imutatio: vt aduerbiū pro aduerbum tytides pro tydides redeo pro reeo &c. Martialis in epig. Oh quot adulator ſpecioſa aduerbia format. Ouidi⁹ de remedio amoris. Nō ego ſum tytides a quo tua ſaucia mater. Vergi. in buc. Iam redit & virgo redeunt ſaturnia regna.

## Polyotheſis ſpecies. lix. Apoſtrophe.

Abſentem lepidis compellat apoſtropha verbis.

¶ Apoſtropha vel apoſtrophe vocabulū grecū: latine inuerſa locutio explanatur. Eſt enī ad abſentez directus ſermo. Cicero in Antoniū. Te nunc appello aphricane &c. Plautus in mercatore. Me miſerā que inſanū caput alloquor abſentis. Vergilius in. ij. eneidos. Nec te tua plurima panthu. Labentem pietas nec apollinis infula texit.

## Polyotheſis ſpecies. lx. Allęotheton,

Vult allæotheton quicq̄ obuerſarier arti.

¶ Allœotheto .i. dictio græca: latine aliena poſitio explicatur. Eſt enim alicui⁹ accidentis grammaticalis immutatio. Baptiſta. ij. parthe Katha. A uribus ad= moti narrant pelea iuuentus. Ouidius in epi. Turba ruunt in me luxurioſa pro ci. Vergilius in primo æneі. Pars in fruſta ſecant verubuſq; trementia figunt Idem in nono. Pars manibus validi turres & menia ſcandunt.

### Excuſatio.

Quas Iſagoge declarat noſtra petendas.
Illuc conſtituo quia ſunt mage grammaticorum.

¶ Polyotheſis alie multe ſunt ſpecies ſicut appoſitio/euocatio/conceptio perſo narum/conceptio generum/prolepſis/zeugma/de quibus in noſtra Iſagoge ſe cunda aperte dictum eſt & multo apertius in parte ſecunda noſtre grammati= ces. proinde hic illis ſuperſedendu; duxi/ tum quia illic haud multo impendio valebunt reperiri/ tum quia ad ſimplices grammaticos magis attinere viden= tur. Hic autē tradimus eas loquendi formas quæ magis oratoribus & poetis incumbunt.

### Documentum generale.

Ne fallare tamen multas perſepe figuras.
Vna eadem vario reſpectu oratio claudit.

¶ Quiſquis meam hanc (qualiſcumq; ſit) opellam lectitas. Id vnum im= primis habeto/ꝙ vna & eadē in clauſula multe figure nonnunꝙ comperiunt. Reſpectu tamen diuerſo. Sicut in ſingulis quæ ſupra poſita ſunt exemplis ſatis enoteſcere poterit. ¶ Τελος. ¶ In te Ieſu ſpes mea recūbit.

### Caput poſterius de ſermone barbaro ſiue de vicijs.

HActenus explicitis datur vti cuiq; figuris.
Dehinc fugienda magis vitiorum ſemina pandā.

¶ In capite precedenti de figuratiuis locutionibus tractatu; eſt/ quibus ta; oratores ꝙ poete ſine vlla honeſtatis controuerſia vti poſſunt. In hoc vero quod proxime ſequitur de quibuſdam ſermonum vicijs dicendū oc currit quibus tamē poete ꝓreſtantiſſimi ſine vitio frequētiſſime vtuntur mali; tamen ab his plerumq; declinarent.

### Poſterioris capitis formula. j. de barbarophonia & eius tribus ſpeciebus.

Quum male profertur vox barbarophonia ſurgit.

¶ Barbarophonia dictio greca: latine ruſticana vox interpretatur. Eſt enī pro= late dictionis quecūq; corruptio. Poetis quide; propter metrum nōnunꝙ ho neſte conceſſa/ ſed oratoribus omnino interdicta. quū eni vitia apud poetas tra dimus non eſt intelligendum eos vitioſe fuiſſe locutos/ ſed alios vitioſe factu ros declaramus ſi in proſa ſimiliter fecerint.

### Barbarophonie ſpecies prima barbaris.

Vocem corrumpens eſt barbaris vtpote quando.
Demitur/adijcitur/tranſuertitur/aut variatur.
Scribendo aut fando tibi litera/ſyllaba/tempus.

¶ Barbaris vox greca:latine ruſticitas enucleatur. Eſt eni dictionis corruptio ſcribendo vel loquendo perpetrata & fit precipue modis duodecim. Primo detractione litere vt retuli pro rettuli:reperi pro repperi:repuli ꝓ reppuli &c. Secundo detractione ſyllabe vt ſurpitis pro ſurripitis/ſapis pro ſiapis : ſultis pro ſi vultis &c. Tertio detractione tẽporis vt ſteterunt:dederunt:tulerũt media correpta. Quarto adiectione litere vt relliquie/relligio/rellatus pro reliquie/religio/relatus. Quinto adiectione ſyllabe vt Alituum pro alitum / mauors pro mars/ Induperator pro imperator. Sexto adiectione tẽporis vt ſophia: theologia:philoſophia penultima producta more indoctiſſimorum balatronũ. Septimo trãſmutatiõe lr̃e:vt lerigio ꝓ religio/ꝑgula ꝓ pgula/percor pro precor &c. Octauo tranſmutatione ſyllabe vt diſplicina pro diſciplina:raotores pro oratores/ tiuiligo pro vitiligo &c. Nono trãſmutatione tẽporis vt phania/lucia /maria prima correpta & penultima longata more bipedũ aſinorum. Decimo mutatione litere vt olli pro illi/afuenio pro aduenio:vpilio pro opilio &c. Vndecimo mutatione ſyllabe vt ſcribundi pro ſcribendi/ legundi pro legẽdi/pernuces pro pernices &c. Duodecimo:mutatione tẽporis vt feruere/ effulgere / lucere penultima correpta. De his autẽ vel in arte verſificatoria vel in ꝑcedenti capite affatim exemplatum eſt;propterea prolixitati ſuperſedendum cenſui. In dictiõe vero barbaris barbaridis Alexandrum malui imitari ꝙ quoſdam alios qui in nomine barbariſmus ſecundam ſyllabam omnino perperam longant. Vtriuſq; tamen dictionis ſignificatio eſt eadem.

## Barbarophonie ſpecies.ij.barbaralexis.

Barbaralexis erit cum vox peregrina locatur.

¶ Barbaralexis oratio greca:latine ruſtica dictio profertur. Eſt enim ficte ex laico dictionis inepta vſurpatio vt guerra villagium ſtufa bannum parlamentum & plura id genus ꝙ celorum ſint ſtelle que apud imperitos ſacerdotes & forenſium curiarum emulatores pro venuſta eloquentia habentur.

## Barbarophonie ſpecies.iij.Solœciſmus.

Queq; ſolœciſmum vitioſa oratio reddit.
Quum perſona/genus/numerus/caſus/gradus/ordo.
Tempus/verba/modus/coniunctio/prepoſitura.
Aduerbum/accentus/geminata negatio mutat.

¶ Solęciſmus vocabulum grecum:latine imparilitas vel diſſimilitudo exponitur. Eſt eni cuiuſcũq; orationis vitioſa corruptio/vt magiſter reuerende ſic arguitis /quequidem loquẽdi fartago in ore dialecticorum quaſi quedam magnifica elegantia vbiq; verſatur/fit autẽ ſolœciſmus ꝑcipue modis quatuordecim. Primo immutatione perſonarum. Pſalmographus. Benedicite aque que ſup celos ſunt dño/ſunt inquit ꝓ eſtis ſcḋm quoſdã ego tñ diſtinctionẽ face-

re maſem vt ſit ſenſus/benedicite aque dño/& que ſunt ſuper celos etiam be-
nedicant. Apuleius libro.iiij. Danai qui parent atridis ꝙ primum arma ſumi-
te/parent dixit pro paretis. Secundo immutatione generum. Vergilius i ſexto
Quem ſuper atra ſilex iamiam lapſura cadenti. Eminet aſſimilis. (Atra ſilex
pro ater ſilex inquit) Ennius. Purpereaqꝫ ſuper narciſſo vultus opacat (Purpu
rea dicit pro purpureo) Idem denſus ſuber erit nequeat ſi robore frangi (dēſus
poſuit pro denſum) Tertio variatione numerorum. Vergilius in ſeptimo. Vos
o caliope precor aſpirate canenti. Pro te precor aſpira. Idem in primo. Tenet il-
le immania ſaxa/Veſtras eure domos: pro tuas domos. Ideꝫ in ſexto. Pars ma
nibus plaudūt choreas & carmina dicūt: ꝑ plaudit, & dicit: Quarto mutatio-
ne caſuum. Plautus in aulularia. Eius diei mihi venit in mentem. Pro ille dies
Ioannes in euuāge. Sermonem queꝫ audiſtis non eſt meus pro ſermo. Therē.
in andria. Populo vt placerent quas feciſſet fabulas: pro fabule. Iſte tamē & ſi-
miles orationes aliter honeſte excuſari poſſunt ſicut, & in Iſagoge & in ſecun-
da parte noſtre grammatices abunde docuimus. Quinto immutatione gra-
duum. Valerius maximus libro primo. Alexander macedo corpus habebat
imbecilius pro imbecile. Ouidius de triſti. Reſpondit Iuno ſaturnia ſancta de-
arum/ſācta dicit pro ſanctiſſima. Vergilius in primo. Triſtior & lachrymis o-
culos ſuffuſa nitentes/triſtior inquit pro parum triſtis. Sexto. Variatione ordi
num vt in hoc Alexandri. Dant duo bos: impos: compos cuſtoſqꝫ ſacer-
dos/pro cuſtos, ſacerdoſqꝫ. Apuleius in methamorphoſim. Aedituuſqꝫ ſacer
dos cantat/pro ſacerdoſqꝫ. Ouidius in epiſtolis. Signa & belligeruꝫ monſtrāt
clariſſima martem/pro & ſigna. Septimo mutatione temporum. Ouidius. vj.
metha. Nec veni niſi fata locum ſedemqꝫ dediſſent (veni inquit pro veniſſem)
Plautus in merca. Non aſtat ſcio niſi locum ꝓbuiſſes/aſtat dixit pro aſtitiſſet.
Vergilius in ſecundo æneι. Fumat neptunia troia/pro fumauit. Octauo. varia-
tione generis aut ſignificationis verborum. Vergilius in georgicis. Placidam
paci nutritor oliuam: nutritor inquit pro nutrito a verbo actiuo nutrio. Idem
ibidem. Semina vidi equidem multos medicare ſerentes: medicare dixit ꝑ me
dicari. A deponēte verbo medicor/aris. Idē nono ęnei. Expoliant eos & corpo-
ra nuda relinquūt/pro expoliāt a verbo actiuo expolio/as. Nono immutatiōe
modorū. Therētius. Ego id ſedulo negare factum pro negaui. Perſius ſatyra
ſecunda. Excutias guttas letari per trepidum cor/pro tu excuteres & cor per-
trepidum letaretur. Vergilius in ſecundo æneidos. Nos pauidi trepidare metu
crinemqꝫ flagrantem. Excutere/& ſacros reſtinguere fontibus ignes/pro tre-
pidabamus excutiebamꝰ & reſtinguebamꝰ. Decimo. mutatione coniunctio-
num. Baptiſta prir parthe. Ma. Conceptus ne ſacer fuerit. vel ſorde paterna
Illitus. vbi vel. pro an dicit. Nemo enim de hac diſiunctiua dubitauit/cōceptio
matre fuit ſacra vel non ſacra/ſed de hac multis fuit dubium ſacra ne fuit con
ceptio an non ſacra. Vergilius ſecundo æneidos. de equo ligneo. At capys: &
quorum melior ſententia menti. Aut pelago danaū inſidias: ſuſpectaqꝫ dona.
Precipitare iubent: ſubiectiſqꝫ vrere flammis. vbi particula qꝫ pro ve legitur.
Non enim equum ſimul & in mare precipitari & flammis exuri iubebant.

Lucretius libro nono. Iſto quis vel rex principeſq; potentior eſſet. Vbi etiam particula q; pro vel vſurpatur. Vndecimo variatione prepoſitionū. Baptiſta primo parthe. Ma. Garrula ſub lucem modulos iterabat hyrundo/ vbi ſub pro ante ponitur. Vergilius primo æneі. Arida circum nutrimenta dedit: rapuitq; in fomite flammam. Vbi in fomite pro intra fomitem dicitur. Idem in. vi. Cui tantū de te licuit/ vbi de pro in vel contra ſumitur. Duodecimo immutatione aduerbiorum. Sillius libro primo. Toruūq; repente clamat/ pro torue. Vergil. in ſexto. Horrendum ſtridens flammiſq; armata chimera ꝑ horrende vel horribiliter. Apuleius libro. iii. Vbi queſo ducis aſinum iſtum. Apud herum: ꝑ quo ducis & ad herum. Decimo tertio mutatione accentuum. vt ſi inter canēdum mediam in dictione maria eleuas cum prima debeat ele[u]ari/ ſi ſecundā i genitiuo euuāgelii extollis quū. iii. debeat extolli ſi in dictio[n]ibus/ Michael/ Gabriel/ Iſrael & ſimilibus accentum grauem facis quum vlt[i]ma debeat acui. Decimo quarto. Variatione negationum quādo videlicet d[u]e negatiōes (que vnam affirmationem conſtituunt) pro vna clauſula negat[iu]a ponuntur/ quod frequētiſſime apud iperitos efficitur. vbi comparatio[ne] vtendum eſt/ quū enī omnis comparatio latentem negati[onem] [illegible] alteram illi adiiciunt & ita affirmatiue dicunt quod nega[re] arbitrantur vt ego melius dicam ꝙ tu non fa[c]ies/ ego ſum fortior ꝙ tu [n]on es. &c.

## Poſterioris capitis formula. ii. de Acclyſia ſiue oratione obſcura & eius. viii. ſpeciebus.

### Acclyſiam quiuis obſcurus ſermo reponit.

¶ Acclyſia dictio græca: latine ignobilitas vel obſcuritas exponitur. Eſt enim cuiuſcūq; orationis obſcure & ignobilis vſurpatio ſicut per octo eius ſpecies ſubſequuturas tibi enoteſcere poterit.

## Acclyſie ſpecies. i. Acyrologia

### Tunc fit acyrologus quum verba impropria pono.

¶ Acyrologia vox græca: latine improprius ſermo enucleatur. Eſt enim vocabuli improprie poſiti acceptio vt ignis pro meretrice/ ſpero/ as pro timeo times/ horreo/ es/ pro honoro/ as. Theren. in eunucho. Accede ad ignem hunc/ iam caleſces plus ſatis. Vergilius primo æneidos. Si genus humanum & mortalia tē[m]nitis arma. At ſperate deos memores fandi atq; nephandi. Cornelius de vita alexandri libro. iii. Rex/ o/ fortiſſime regum. Iam totis gaudens populus tementibus horret. Logus autē & logia eandem habent ſignificationem/ atq; ideo pro commoditate metri vnum pro altero vſurpare nō erit inutile opinor.

## Acclyſie ſpecies. ii. Pleonaſmos.

### Vox quecunq; vacat recte pleonaſmos habetur.

¶ Pleonaſmos nomen græcum: latine ſuper[a]bundantia declaratur. Eſt enim ſuperuacanęe dictionis in oratione poſitio. Plautus in baccidibus. Aurib⁹ his audiui quecūq; dicta ſunt. Vergilius in quarto. Sic ore locuta eſt. Lucilius libro. iii. His oculis vidi multo genus ante malorum. In quibus exemplis ab[s]q; auribus ore & oculis ſuperabundant pleonaſmūq; conſtituunt.

### Acclyſie ſpecies.iiij.Periſſologia.

Sermo periſſologum quicumq; ſuperfluus edit.

¶ Periſſologia vocabulum græcū:latine ſuperfluus ſermo interpretatur. Eſt enī vocabulorum ad nullam rem pertinentiu; ſuperuacua inculcatio. Enni⁹. Rex ſemper viuat:nullo moriturus in euo.vbi medium verſus ſuperfluit:quia ſemper viuere nihil aliud eſt ꝙ nullo euo mori. Idem.Ibant qua poterant/ qua non poterant minus ibant.vbi totus verſus dempto verbo. Ibant ſuperabundat. Lucretius libro nono. Incolumes adſunt nulloq; dolore laborant.vbi etiā medium verſus ſuperfluit qa homines eſſe incolumes nihil aliud eſt ꝙ dolore nullo laborare.

### Acclyſie ſpecies.iiij. Amphibologia.

Sermo omnis dubius rite amphibolon tibi fertur.

¶ Amphibologia dictio græca:latine ambiguus ſermo explicatur. Eſt enim dubie orationis vitioſa compoſitio & fit pcipue quinq; modis. Primo per genitiuum qui actiue & paſſiue ſumi poteſt. Lactantius de celeſtibus. Dulcis amor ſuperu; magis augebatur in horas. Vbi dubium eſt an de amore quo ſuperi amabant an quo amabantur fiat ſermo. Hic autē modus eſt vbiq; frequētiſſimus. Secūdo:quādo infinitiuus inter duos accuſatiuos clauditur. Enni⁹. Aio te eacida romanos vincere poſſe. vbi dubium eſt an eacidam fore victorē: an romanos ipſum victuros dicat. Tertio quādo participiū ſimilē caſum vtriq; habet. Curtius libro primo. Haſtam tenentem virgini ſtatuam foro erexiſmus vbi dubium eſt an haſta ſtatuam:an ſtatua haſtam teneat. Quarto quādo verbum eſt communis ſignificationis. Plautus in baccidibus. Quocumq; pergat vbicūq; conſiſtat plurimum ſemper criminatur vbi dubium eſt:an ipſe aliis:an alij crimen ipſi impingant. Quinto quando per dictionem equiuoca; loquimur:vt video canem:dubiu; eſt:an de ſtella:vel piſce: an de latrāte aīali: vel inuido loquar. infiniti autē alij modi effingi poſſent:ſed ſub illis facile comprehenduntur.

### Acclyſie ſpecies.v.Tautologia.

Tautologus verbis dicit rem pluribus vnam.

¶ Tautologia vox græca:latine idem ſermo ſiue eadem locutio reſoluitur. Eſt enim plurium dictionum vel clauſularum vnam & eandem rem ſignificātiu; vana inculcatio. Plautus in merca. Ne meā ſpe fallar egomet ipſe aduenio.vbi egomet ſuperfluit. Vergilius in primo. Quem ſi fata virum ſeruant:ſi veſcitur aura. Aetherea:neq; adhuc crudelibus occubat vmbris.vbi tres clauſule eandem rem:ſcilicet ſi adhuc viuit ſignificāt. Vergilius ī nono. Lachrymis ita fatur obortis. Te ne inquit miſerande puer quu; leta veniret. Inuidit fortuna mihi.vbi poſtꝙ dixit fatur ſuperflue adiunxit inquit quia idem deſignant.

### Acclyſie ſpecies.vj.Macrologia.

Macrologus quiuis prolixus ſermo vocatur,

¶ Macrologia nomen græcum;latine prolixa locutio profertur. Eſt eni mo-

dice rei longa & vana recitatio. Liuius Legati non impetrata pace retro domū vnde venerant abierunt. Vbi hoc totuꝫ retro domū vnde venerant ſuperfluit. Lucretius libro quinto. Somno deflectēs oculos & lumina clauſit. Effuſuſqꝫ thoro placide dedit ora quieti. vbi quatuor clauſule ponuntur quarum vna ſententie ſufficeret. Vergilius in. iiij. æneí. Poſtera lux ſommo ſpargebat lumine terras Orta dies: quum primum alto ſe gurgite tollant. Solis equi: lucemqꝫ elatis naribus efflant. Vbi totum ꝓterq̄ orta dies ſuperabundat.

## Acclyſie ſpecies. vij. Eclipſis.

### Eclipſis quacumqꝫ carens eſt clauſula voce.

¶ Eclipſis vocabulum græcum: latine defectio vel carentia enucleatur. Eſt enī alicuius dictionis in oratione defectus qui in ſacris eloquijs frequentiſſim⁹ eſt. vt Gloria in excelſis deo. Gloria tibi domīe. Gloria patri & filio &c. in quibus exemplis verbum ſit reticetur. Vergilius in primo. Italiam fato profugus lauinaqꝫ venit Littora: intellige ad Ideꝫ: multum ille & terris iactatus & alto deeſt/in. Idem in. iiij. O mihi ſola mei ſuper aſtyanactis imago. vbi ſuper pro ſupereſt ponitur.

## Acclyſie ſpecies. viij. Apoſiopeſis.

### Abruptus ſenſus ſtupidi eſt reticentia cordis.

¶ Apoſiopeſis dictio græca: latine reticentia vel abruptio dicit̄. Eſt enī ob animi dolorem vel indignationem orationis detruncatio. Therē. in andria. Queꝫ quidem ego ſi cenſero/ quod ſic integrabis quem quideꝫ datum ſi cenſero q̄cq̄ fallacie moliri grauiſſime puniam. Vel in piſtrinum dedam. Pſalmograph⁹. Anima mea turbata es valde: ſed tu domine vſqꝫquo. Intellige meam tribulationem & miſeriaꝫ ſuſtinebis. Vergilius primo æneí. Quos ego ſed motos p̄ſtat componere fluctus. vbi in particula quos ego: intellige duriter puniaꝫ aut aliud ſimile. Latino autē vocabulo in textu vſus ſum: quia græcum quod eſt apoſiopeſis carmen noſtrum nequit ingredi.

## Poſterioris capitis formula. iij. de cacoformia ſiue inordinata oratione & eius quinqꝫ ſpecieb⁹.

### LEgitimam rerum ſeriem cacoformia vertit.

¶ Cacoformia vox græca: latine mala ordinatio interp̄tatur. Eſt enim orationis inordinate vitioſa vſurpatio. Sicut per eius quinqꝫ ſpecies poterit manifeſtari.

## Cacoformie ſpecies. j. Tapinoſis.

### Voce tapinoſis modica tibi maxima ponit.

¶ Tapinoſis nomen græcum: latine humiliatio exponitur. Eſt enim magne rei per voces exiguas & humiles declaratio quæ longe plus ſemper habet in ſenſu q̄ verbo oſtendat. Vt vexo/as pro lacero vel deſtruo/miles pro magno exercitu/malus pro ſcelerato & nephario. Vergilius in bu. Quātū phama ſequu=

ta eſt. Dulichias vexaſſe rates &c. id eſt laceraſſe vel fregiſſe. Vergilius.ij.ęneidos. Penituſq; cauernas. Ingentes vterumq; armato milite complent. id eſt magno exercitu. Idem in.j. Multa malus ſimulans vana ſpe luſit amantem. id eſt ſceleratus & nepharius.

## Cacoformie ſpecies.ij. Aeſchrologia.

Efficit æſchrologon qui turpiter vlla profatur.

¶ Aeſchrologia vocabulum grecum: latine turpiloquium profertur. Eſt enī de re obſcena & auditu indigna prolata vel dictio vel oratio. Theren. in eunucho. Tute lepus es & pulpamentum queris. Idem ibidem. Ego hunc eunuchū vel ſobrius In vtroq; exemplo Res nepharia & nature aduerſa intelligitur. Saluſtius. Ductabat & arrexit animos militum. vbi ducto/as & arrigo/gis/rem turpiſſime venereā denotant. Huius autem vitij fautores & amatores diligentiſſimi ſunt/ Tibulus/ Catulus/ & Martialis quorum opera multo rectius perpetuis flammis ꝙ Chriſti genarum iuuenum auribus cōmittenda' veniunt.

## Cacoformie ſpecies.iij. Cacophaton.

Durus ſermo omnis caco rite phaton vocitatur.

¶ Cacophaton vel ſi mauis cacephaton dictio græca: latine male ſonans dictū explanatur. Eſt enim orationis vel dictionis male ac duriter ſonantis prolatio. Cicero. O fortunatam natam me conſule Romam. Lucretius libro.iij. Lucet luce ſua ꝑtum lucere valeret. Vergilius primo æneį. Numerum cum nauibus equat. Vbi tres concurrentes ſyllabe/ rum/ cum/ quat/ teſte Seruio cacephaton efficiunt.

## Cacoformie ſpecies.iiij. Cacozelia.

Quum nimius tumor aut cultus cacozelon habetur.

¶ Cacozelia vel cacozelon vox græca: latine mala affectatio enucleatur: Eſt eī vel nimis tumide/ vel ſupra modum phalerate orationis pronunciatio. Perſius ex iliade neronis. Torua mimaloneis implerunt cornua bombis. Et ſectum vitulo caput ablatura ſuꝑbo. Baſſaris & lincen menas flexura corymbis. Euion ingeminat reparabilis aſſonat equo. vbi quatuor verſiculi non aliam ob cauſa; vituperantur niſi quia nimis turgide atq; inflate compoſiti ſunt. Lucilius libro primo. Iuppiter o preſes celi qui ſidera torques. Ore tuo dicenda loquar. Lucretius libro ſeptimo. Aureus axis erat: temo aureus: aurea ſumme Curuatura rote: radiorum argenteus ordo. Per iuga chryſolithi poſiteq; ex ordine gemme. In quibus exemplis nimius ſuccus inordinataq; loquēdi affectatio comperitur.

## Cacoformię ſpecies, v. Cacoſyntheton.

Quod male compoſitum eſt cacoſyntheton vſq; vocatur.

¶ Cacoſyntheton nomen gręcum: latine mala compoſitio reſoluitur. Eſt enī alicuius male compoſitionis auctoritate tamen, excuſabilis vitioſa vſurpatio. Vergilius in buco. Stant & iuniperi & caſtanęe hyrſute. Vergilius tertio eneidos. Inſule in Ionio &c. Idem in nono. Verſaq; iuuencum, Terga fatigamus haſta. In quibus exemplis ſi ſtudioſe perſpicias aliquid contra metrificandi rationem comperies.

ΤΕΛΟΣ.

In te Ieſu ſpes mea recumbit,

# Tabula Alphabetica.

## Opuſculo contentorum literalis Index.

### Et primo de litera A.


| | |
|---|---|
| Aclyſia | folio.xxij |
| Acyrologia | eodē |
| Aenigma | folio.xj |
| Aetiologia | fo.xv |
| Aeſcrologia | fo.xxiiij |
| Alleotheton | fo.xx |
| Allegoria | folio.x |
| Allophilis | folio.xix |
| Amphibologia | folio.xxiij |
| Anadiploſis | folio.v |
| Anaphora | eodem |
| Antonomaſia | fo.viij |
| Anaſtrophe | fo.x |
| Antyphraſis | folio.xj |
| Antytheſis | folio.xiij |
| Antylogia | fo.xv |
| Antytheton | fo.xx |
| Antypophora | fo.xviij |
| Aphereſis | folio.xiij |
| Apocope | fo.eodem |
| Apophaſis | folio.xv |
| Apotheoſis | fo.eodē |
| Apoſtrophe | fo.xx |
| Aphodos | fo.xviij |
| Apoſiopeſis | folio.xxiij |
| Aſyntheton | folio.v |
| Aſteiſmos | fo.xj. |


De litera B.


| | |
|---|---|
| Barbarophonia | fo.xxj |
| Barbaris | folio.eodē |
| Barbaralexis | fo.eodē |


De litera C.


| | |
|---|---|
| Cacoetes | folio.xv |
| Cacoſyntheton | folio.xxiiij |
| Cacoformia | fo.xxiij. |
| Cacophaton | folio.xxiiij |
| Cacozelia | folio.eodem |
| Caucaſmos | folio.xv. |
| Coſmographia | folio.xiiij |
| Chronographia | folio.eodē |
| Carientiſmos | folio.xj |
| Cathachreſis | folio.viij |
| Catacryſis | folio.xv |
| Catalogus | folio.eodē |
| Clymax | folio.vij |
| Cœnonia | fo.eodem |


De litera D.


| | |
|---|---|
| Diaſhirmos | fo.vij |
| Dianea | fo.iiij |
| Diereſis | folio.xiij |
| Diaſtole | folio.xix |
| Diexodos. | folio.xviij |


De litera E.


| | |
|---|---|
| Ectaſis | folio.xiij |
| Echaſis | folio.xv |
| Eclypſis | folio.xxiij |
| Ellipſis | folio.xiij |
| Elogium | folio.xvj |
| Emphaſis | folio.xx |
| Entymema | folio.xvj |
| Epanalepſis | folio.vj |
| Epanodos | fo.xix |
| Epauxeſis | folio.xvij |
| Epentheſis | folio.xij |
| Eprxegeſis | folio.xx |
| Epizeuxis | folio.vj |
| Epitheton | folio.ix |
| Epicherema | folio.xvij |
| Epiphonema | fo.eodem |
| Epicedium | folio.eodem |

Epitaphium folio.eodem
Epitalamium fo.xviij
Epinicium folio.eodē
Epimone folio.xviij
Erotema fo.xx
Euphonia folio eodem

¶ De litera G.

G Enealogia folio.xvj
Genethliacum fo.eodē

¶ De litera H.

H Endiadis fo.xix
Hypozeuxis folio.v
Hyperbaton folio.ix
Hyſterologia folio.x
Hyperbole folio.eodē
Hyphen folio.xix
Hypallage folio.xx
Hyrmos folio.vij
Homeotheleuton folio.vj
Homoptoton folio eodem.
Homeoſis folio.xij

¶ De litera I.

I Ronia folio.xj
Icon folio.xij
Idiophaſis fo.xix

¶ De litera L.

L Exis folio.iiij
Liptote folio.xx

¶ De litera M.

M Achia folio.xvj
Macrologia folio.xxiij
Metabole folio.vij
Metaphora folio.viij
Metalepſis folio eodem
Metonymia folio eodē.

¶ De litera O.

O Economia folio.xvj
Onomatopœia folio.ix

¶ De litera P.

P Alilogia folio.xvij
Parabola folio.xij
Paradigma folio eodē.
Paragoge folio eodē.
Paradiaſtole fo.xix
Paradoxon folio.xvij
Parallaga folio.xiiij
Paraliopeſis folio.xix
Paranomaſia folio.vj
Paromœon folio eodem.
Parentheſis folio.x
Parœmia folio.xj
Parelcon folio.xx
Periphraſis folio.ix
Peripleroma folio.xx
Periſſologia folio.xxiij
Phiſiologia folio.xvij
Ploce folio.vii
Pleonaſmos folio.xxii
Polyſintheton folio.v
Poliptoton folio.vii
Poliotheſis folio.xiiii
Prolepſis folio.iiii
Protheſis folio.xii
Proſopopeia folio.xix
Proſaxodoſis folio.xviii
Problema folio.xvii
Protrepicon folio.xviii
Propempticon folio eodem.

¶ De litera S.

S Arcaſmos folio.xj.
Schema folio.iiij.
Scheſionomaton folio.vj.

## Tabula Alphabetica.


| | | | |
|---|---|---|---|
| Sylepſis | folio.v. | Stratagema | folio.xvij. |
| Synecdoche | folio.ix. | | |
| Sincheſis | folio.x | ¶ De litera T. | |
| Sincopa | folio.xiij. | | |
| Synereſis | eodem | Tapinoſis | folio.xxiij. |
| Synalepha | eodẽ | Tautologia | eodẽ |
| Syſtole | eodem. | Tmeſis | folio.x. |
| Syllogiſmus | xvj | Topographia | fo.xiiij. |
| Solœciſmus | folio.xxj. | Topotheſia | eodem. |
| | | Tropus. | folio.viij. |


ΤΕΛΟΣ.

In te Ieſu ſpes mea recumbit.


Habes candide lector ſane breuiſſimum: ſed optime frugis opuſculum Petri Pontani/Cæci/Brugẽſis. De figuris: tam oratoribus/q̃ poetis/vel grammaticis maxime neceſſarijs. Impreſſũ Parhiſijs cura & ſumptibus Bernardi Aubririj bybliopole Commorantis in vico ſancti Iacobi ſub ſigno diui Martini. Vbi & venum proſtat. Prelari vero pumice Nikolai de pratis: in eadem vniuerſitate peruigilantis bybliographi terſum ꝓdijt. Anno domini Milleſimo quingenteſimo viceſimo primo. Nonis Aprileis.


BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

[illegible]

AMEN [illegible]

[illegible] maria [illegible]

[illegible] fol [illegible]

[illegible]